








106 unn. Bll.
cplt.

Chrysostomus
(Urach, Fyner, ca. 1483)
H 5028
P. 2458



Capitula sequentis libri.

Incipit Omelia sancti iohãnis episcopi cognomẽto crisostomi de superscriptõe psalmi quinquagesimi



Pictores imitant̃ arte naturã. et colores coloribus permiscẽtes. visibiles corporum depingunt imagines. et faciunt homines. et aialia. et arbores. et reges. et rusticos. ⁊ barbaros. et pugnas. ⁊ rixas. torrentes sanguinum. ⁊ lanceas. et loricas. et scuta. et sedẽ regalem. ⁊ impatorẽ sedentem et barbarũ subditũ. ⁊ gladium acutũ. et fluuios decurrẽtes. ⁊ cãpos varijs floribus adornatos. et oĩa que videntur p artẽ imitantes mirabilẽ historiã videntib⁹ pstant. Sic et pphẽ velut qdam pictores sunt virtutis ac milicie Describũt eñ et illi peccatorẽ. iustũ. penitentem. stantẽ. cadentem. surgentẽ. titubantẽ. Et sicut faciũt pictores occidentes et occisos. sic ⁊ pphẽ faciunt. aliqñ qdem insurgentia peccata. aliqñ eciã et allisa. eodem mõ et demones ipugnãtes. ⁊ homines flentes et expugnãtes. sic et diabolum insidiãtem et victũ Qm ergo talis ẽ eorũ descriptio. vt et cercius hec eadem addiscam⁹. et istas qdẽ deforis ↄsiderãtes imagines nichil acqrim⁹ lucri Quid eñ michi prodest reg⁹ et ↄsulis imaginẽ intueri. cũ neq̃ rex fieri possum. nec qdẽ cupio. Que erit michi utilit⁹ visionis c⁹ desideriũ nõ habeo Qd̃ et si desiderauero punior. qd michi pderit hominem videre locupletẽ. et inopem. Si eñ pauper fuero liuore tabesco: et si diues fuero. similit̃ alijs in inuidiã ero. Dimitte illas imagines. ⁊ ↄsidera hanc historiã. Si videro ↄsulem qd ad me. Qd̃ si videro peccatorem cecidisse et surrexisse erit michi visio ad doctrinã. Si videro iustũ stantem. visio me ad sollertiam et philosophiã deducit Ex hac nãq̃ visiõe addisco certamẽ. ⁊ erudior ad victoriã Qd̃ si videro iustum supplãtatũ. contristor qdẽ sed cautior de facto inuenior. Hec autẽ omnia non trãsitorie neq̃ sine causa sunt dicta. sʒ qr psalmi qui hodie lectus ẽ imago ad hanc nos discipline doctrinam adducit. Sic eñ ait pphẽta.

Miserere mei deus secundũ magnã misericordiã tuã Et secũd̃ mltitudinẽ miserationũ tuarũ dle iniqtatem meã Hec est imago psalmũ eñ imaginẽ voco. Video eñ diuersas in psalmo personas. peccatum insurgens. et occiosum d̃ditum. penitẽtẽ astãtẽ et ↄcertantẽ

dei misericordiā desuper adducē-
tem. et philosophiā pstantem peni
tenciā. multos lacrimarum et con
fessionis fontes habentē. Iste sunt
psone imaginis. Sʒ priusq̄ʒ ad psal
mū veniā. iustam est eius supscrip-
cionem vobis enarrare. Sicut eni
habēt imagines subscripciones de
orsum fixas minij colore. in quibus
scriptum est. qui rex et qđ prelium
vicerit. in psalmis vero desuper ti
tulus fixus est. que causa sit. que ve
doctrina. et qua propter psalmus
sit dictus. Prebete itaqʒ vestras at
tencius aures. non enim de paruo
imminet narracio nobis. Psalm⁹
dauid cum venisset ad eum nathā
propheta quādo intrauit ad beth-
sabee vxorē vrie. Hec est superscrip
cio. Discam⁹ ergo quis est nathan.
discamus et que sit bethsabee vxor
vrie. et quando ad eum intrauit p
pheta. ⁊ qua propter psalmum istū
scripserit. Nō enim omnes psalmi
in dauid scripti sunt. nec omnes ab
ipso conscripti sunt. neque enim p
prias tantummodo passiones edix-
rit. sed et aliorum cecinit causas.
Quādo dicit sup flumina babilo-
nis illic sedim⁹ et fleuimus dum re
cordaremur syon. manifestū est qr
non de ipso dicit psalmus. Nec eni
peruenit in babilonem. neqʒ vidit
barbarā regionē. neqʒ sedit in alie-
na terra ⁊ fleuit. sʒ que iudeis ven-
tura essent narrauit. Quando iterꝫ
dicit foderūt manus meas ⁊ pedes
meos dinumerauerūt oia ossa mea
nō vtiqʒ passiones suas annunciat
sʒ crucē domini. sacrificiū orbis ter
re. salutem generi humano predixit

Imago eni ē psalm⁹. variā i se cōti
nēs disciplinā. aliqn̄ qdē sua. aliqn̄
aūt aliēa denūciās. Quia ergo psal
mus iste nō alienas passiōes enūci-
at. sʒ ppas indicat. dicēs qn̄ venit
ad eū nathan pphēta. supscripcio
psalmi cōstrigit nos. ⁊ nō sinit lōgi⁹
euagari ⁊ ad alia transferre mentē.
sʒ statim ea demōstrās ⁊ docēs que
text⁹ cōtinet psalmi. Cōsiderate igit
diligēcius siue iusti siue peccatores
Vtriqʒ enim parti vtilis psalm⁹ est.
iusto qdē ne p negligēciā ac desidiā
obtorpescat. peccatori aūt ne semet
ipm despiciat. Vtrisqʒ eni piculosa
cōtēpcio est. cū ⁊ iust⁹ p negligēciā
cadit. ⁊ peccator cū se desperauerit
pit. vt ergo neqʒ iste i ruina pmane
at. neqʒ ille i lapsib⁹ decidat. vtriqʒ
parti est vtilis decātacō psalmi. In
cipio eni dicere pphete peccatū grā
de ⁊ pessimum. sʒ nemo deroget de
nob. Dei eni mīsicordia humano
generi puidēciā faciēs. ⁊ bene gesta
sanctoꝝ ⁊ peccāciū negligēciā i me
li⁹ omutauit. vt alioꝝ vulnera aliis
puideāt sanitatē. ⁊ iusti naufragiū
fiat peccatori stabilior port⁹. Quā
do enim iustum peccasse legero et
penituisse. non iam desperabo de
mea salute. Et cum audio diabo-
lum de celo cadentem. illius ruina
michi fit occasio resurgendi. Prop
ter hoc eñi et gracia spiritus non
solum bene gesta sanctorum sed et
negligencias memorauit. non au
tem propter illos tantum conscri
bi voluit. sed propter eos qui for
te simili passioni obnoxij erunt.
Volo ergo ostendere hunc fortissi
mum virum vulneratum. lapsum

victum.surgentem.pugnantē. vin centem.et coronatum. Nec enim o stendo enim lapsum solūmodo et ia centem.sed et surgentem.ut ex utra q₃ parte tuum lucrum sit. Et si for te peccaueris. non desperes.s₃ cur= ras ilico adsurgendum. nec dicas apud temetipsum. Ve michi.ve mi chi.perij.mechatus sum. fornicat⁹ sum.homicidium perpetraui. Ne desperes. Habes enim salutē repo sitam.remedium delictorum. Cum ergo videro iustum talia vulnera su scepisse.et saucium factum.et iterū per penitenciam adsanitatem redis se.confestim ad exomologesim cur= ro.et audacter adconfessionem fon tes lacrimarum perfundo. Vt ergo per illius confessionem tuam meli= us salutem cognoscas. audi que di cam. Multi sepius viri et mulieres infirmitatem pessimam cōtraxerūt. et gemitus et lacrimas perfuderunt et multa medicamēta expensa sunt. et nichil p̄ualuit medicina.sed pul chritudo emarcuit. et corpus dista buit.anxia fit post hoc mulier. hesi= tans et dicens. Vbi vadam. Quid faciam.peccunias largita sum. me= dicos vocaui. medicamēta expendi manet infirmitas.non sanat̄ vuln⁹ Inhijs g⁹ cogitacōnibus cōstituta euenit quedā de hijs que adnisitā= dum uenerit dicere. Et ego aliqū si milē sustinui ifirmitatē.s₃ ille et illa posuere michi medicamēta.et libera ta sū adolore. Hec cū audisset ifirm us.rogat sibi mulierē demōstrari q̄ illi cōtulerit sanitatē.et illa dicet. Vade ad angustū locū qui est iuxta illā et illam domū: et ibi invenies

Sic et nunc. Q̄uo mechatus es.et homicidiū ꝑpetrasti.hoc aūt ē pessi mū vulnus. ostendam tibi quomo do ē ille curatus. ꝛ qualē iposuit me dicinam. Et non dico vade ad an gustum locum et iterroga.illū.ꝛ illū non est opus ut labores et anxius queras. et huc illuc q₃ discurras.s₃ hic testantem facio suscipere medici nām. tantum diligencius que di= cuntur attende. Necesse est enim adcepta verba reducere.et temp⁹ edicere quando peccauerit. et quā obcausam.et personam. et peniten ciā et correpcionē.et medicinam.ut omnia diligencius addiscentes. in structi recedatis. Iste ergo dauid adolescens ciuitates quidē ac tur bas aufugiens. perheremum vero philosophatur.nichil commune se= cularium habēs.nō negociaciones non feneraciones. non aliquid dif= ficile mundi istius. s₃ et parua eta te indeserta silencij habitabat. et sicut inportu tranquillo in here= mo sedens. et ouium curam ha= bens regnum celeste meditabatur Iste ergo adolescens erat valde p= uul⁹ quidem.etate.senior aūt men te. et etas parua nichil impedie= bat tante virtuti. Et cum esset a= dolescens aduersantes sibi fortiter superabat. non robore corporis s₃ virtute fidei. Attende diligencius que dicuntur. Contigit aliquando displicere deo regē iudeorum Mit= tit samuelem ilico deus.ad huius paruuli patrem. Et cum venisset samuel ad iesse patrem dauid.ad= olescens inheremo oues pascebat Non cessabo sepius adolescentulū

nomiare.ut nullus neq3 iuuenē cul
pet.neq3 senem collaudet.Non eni
canicies laudabilis. neq3 iuuētus
culpabilis.Multi quippe 7 in iuuē-
tute phiam demōstrauerūt. 7 i se-
nectute lapsi sunt. Nā tres pueri
in ignem sunt regis impio missi.et
quia virtute celesti p̄diti erāt. quā
sibi bene viuēdo acq̄sierāt. flāmas
in rorem cōuerterūt. S3 7 daniel cū
esset xij. annorū.leonum rabiem in
ouium māsuetudinē commutauit.7
ferociā illorum fide fregit.Neq3 eni
iuuenem culpes.nec collaudes senē
Non eni indifferentia etatis virt9
ac milicia cognoscitur.s3 indifferē-
cia mentis. Quod si fueris sobri9
nichil te in matura nocebit etas.et
si fueris negligēs.senectus tibi nich
il p̄desse potest.Canicies aūt sapiē-
cie.nō capilli cādidi requirūt. Iste
ergo paruulus cum esset.maturum
virtutis possidebat animū.Uenit
ergo sanctus samuel ad iesse cōstitu
ere regē.non multitudine vallatus
militū.nec ambicione superba ad-
ueniens. sed cornu in quo erat sāc
tum oleum habens in manu.et di-
cit ei.Misit me deus ad te.ut ex filijs
tuis constituam regē. Et estimās il
le primogenito aptam filio dignita
tē.adducit eum in mediū. Cui di-
cit samuel.Trāseat.non enim con-
placet deo. Uenit et secundus nec
ipse placuit similiter 7 tercius.et q̄r
tus.7 quint9.et reliqui.Iamq3 con
plebat numerus filiorū.et qui que-
rebat non inueniebatur. Dicit ei sa
muel.Nūquid defecerūt filij.Eru-
buit pater Habeo inquit vnū par-
uulum.et cōtemptibilem. et pascit
oues.tu autem regem requiris. O-
pater. paruulum et pastorem da-
uid dicis.Homo despicit.s3 deus
coronat.Non enim sicut videt ho
mo.videt deus. Homo infacie.de
us autem incorde.Numquid mag
nitudinem corporis querimus.In
genuitatem anime desideramus.
Considerate diligencius.Non dix
it ei deus vade et vnge michi da-
uid. s3 vade et vnge michi vnum
de filiis yesse.Et cur dubie. nō
specialiter dauid nomiauit.Ne sci
licet pateretur dauid. quod pass9
est ioseph.Sicut enim illi addiscen
tes futurum sibi regē insidiati sūt
et post multas in iurias vendide-
runt.sic formidinis erat.ne et isti hec
eadem perpetrarent. Una ignorā
cia.cautele effecta est mater. Sta-
bat igitur propheta hesitans. et
querebat vnum de filijs eius. Cui
ille.Non habeo inquit nisi infan-
tem paruulum pascentem oues.
Ubi sunt qui semetipsos adornāt
extrinsecus et depingunt Nolo pul
chritudinem corporis.honestatem
mentis requiro. Quid enim est spe
ciosa mulier.Sepulchrum dealba-
tum.nisi fuerit sobria:casta.pudica
Pulchritudo autē est sine hijs vir-
tutibus p̄cipicium patens.venenū
insipientibus compositum.Decus
eni corporis.infirmitate marcessit.
et pulchritudo egritudie tabescit.
Hec aūt pulchritudo.imortalis ē 7
eterna.7 tūc maxie ōndit p̄priū de-
c9.cū cessauerit passiones. tunc enī
mēs trāquillitate potit Si g̃ videris
virū aut mulierē specōsam.ne amire
ris.nā 7 robore arbores cū dēse sunt

foliis. et altitudine excelse. attamen non habent fructum hominib⁹ aptū. sȝ porcis afferūt cibū. Uinea aūt per terram repens maturū vuarū affert fructum. Quid ergo vis vineam habere an arborē. Puto te vineā eligere magis. que leticia est ad hominū vsus. quā arborē animalium escam. Quid ape vilius est q̄d pauone pulchrius. Quid formica sapiencius. Et apis q̄dē dulcedinē i se habet ꝛ aculeū. Pauo vero solūmodo i pēnis est. non in fructu decoris. Formica vero cōtēptibilis hominibus: sȝ magistra virtutū ē. venit ergo dauid de pascuis. ꝛ vnguit iussiōe domini. oleo benedictionis Ministerio q̄d hōis. sȝ dei nutu q̄d sup posuit capiti ei⁹ cornu crismatis omi diademate ꝛ purpura pocius. et prexit habens regnum. nō lorica indut⁹. nō ꝓtect⁹ clipeo. nō telis munit⁹. sȝ habens benedictionē dei omib⁹ potēciorē. Post hoc ergo peccatis faciētib⁹ insurrexerūt allophili. ꝛ vastauerūt regionē iudeam. Et cū hec gererēt. missus a patre prexit ad castra hebreorū videre euētū rei. Uenit ergo dauid vbi erat vterq; exercit⁹. ꝛ vidit castra barbaroꝝ valde munita. ꝛ arma splēdēcia. ꝛ de suis vulneratos plimos. ꝛ nutu d'i ꝓcessit pastor ad pugnā. Et q̄ bello fuerāt assueti pauore tremebāt. ꝛ i᷒ q̄ arborib⁹ ꝛ vmbra frōdib⁹ delectabat̄ cū vidissȝ alieigenā ꝓuocātē ad singulare certamē. irruit in eū spirit⁹ domini. ꝛ dixit ad barbarū. Quis est iste in circūcisus qui plasphemat castra domini. Respōdit alienigēa. Unde tibi suꝑbia

ista ꝛ audacia vt audeas congredi mecū. Et maledixit philiste⁹ dauid ꝛ dixᵗ veni ad me. ꝛ dabo carnes tuas volatilib⁹ celi ꝛ bestiis terre. Dixit autem dauid ad philisteum. Tu venis ad me cum gladio et clipeo et hasta. ego autem venio ad te in nomine domini exercituum dei agminum israhel quibus exprobrasti hodie. et dabit te dominus in manu mea. et percuciam te. et auferā caput tuum a te. Nec pertimescam corporis proceritatem. cum insipientē tuā nouerim mentē tuam. nec pauebo magnitudinem nauis. sed contemnam. quia gubernatorem non habes intus. quippe quem sciam esse aduersarium dei. Dic michi. quibus armis confidis o dauid. Non carnalibus inquit sȝ spiritalib⁹. Arma eni nostra nō carnalia sȝ spiritalia sunt. sȝ vᵒ mō i hys cū sis exiguus cōfidis. Cōfido ait q2 magn⁹ ē domin⁹. ꝯtēptibilis q̄d armis ego. sȝ q̄ misit me fortis ē Ipsius eni maiestas mare ꝯuertit inaridā. petrā disrupit. ꝛ flumina emanauerunt. Et qui elementa mutauit. multo magis vnum superbissimum ꝓsternere poterit. Et hec q̄dē preueniens sermo narrauit. sed redeamus ad ordinem histotie. Interea venit ad fratres dauid. ꝛ dicit eis. Quid dabit̄ viro q̄ abstulerit caput ei⁹. De mercedib⁹ disputat nō vt mēcedē accipiat. sȝ vt illos firmiores reddat. Quid gᵒ faciūt frēs. Iterū inuidia. iterum liuor. Dicit ad eū maior frater suus. Quare venisti. Et quare dereliquisti pauculas oues in deserto. Ego noui

supbiā tuā. ⁊ neqciā cordis tui. Qz aūt nō possis pugnare manifestū ē. O zelus. o inuidia omni malicia cumulata. Inuidia. ignis iextiguibil' ē Etenī sic̄ tinea cōedit vestimētū. sic et inidia eū qdē q zelat̄ cōsumit. eū aūt cui inidet clariorē reddit. Nā ⁊ ioseph hoc esta fratrib⁹ passus. Et illi qdē qui inidie facibus vrebātur de libertate iseruitutē adducti sunt cui aūt inuissum est. rex cōstitut⁹ ē. Irex emuli. iterū frs. nos iqūt scimus supbiā. ⁊ maliciam cordis tui. Que eni erat necessitas. aut qd̄ desiderium tuū. nisi vt videres plium aduenisti. Sed qd iste sapiētissim⁹ iuuenis. vidēdi inqt tāti plij causa. ad nos. a patre hac miss⁹ sum. Nū qd nō verbū est de quo scisitat⁹ sū Et cū hec dixisset. ad aliū transiuit locū. ⁊ similit̄ iterogat dicēs. Quid dabit̄ viro qui hunc interfecerit gigantē. fratres zelāt̄. ⁊ extranei itro ducāt̄ ad regē qui sedebat mestus. et formidine plen⁹. Et dicit ad eū. Nō cōcidat cor cui⁹q̄ȝ in eo. ego seruus tu⁹ vadā ⁊ pugnabo aduersus philisteū hunc. Non metuat dominus meus rex. Videte honestā ⁊ ingenuā mētē. In die leticie seruitutē cōfitetur. Quid ergo rex. Non vales iqt resistere philisteo isti. nec pugnare aduersus eū. qz puer es. Hic aūt vir bellator ab adolescēcia sua. Noli cōsiderare inqt o rex visibilia sȝ inuisibilia. ne dixeris qz paruul⁹ sum inetate. sȝ cōsidera qz grandis isensu sum. Quid ergo facto op⁹ ē. Nō ei credebat rex. cogit̄ iam virtutes exponere suas. Dixitq̄ȝ dauid ad regem. Pascebat seru⁹ tu⁹ patris sui gregē. ⁊ veniebat leo vel vrsus tollebatq̄ȝ arietē de medio gregis. ⁊ seqbar eos. ⁊ pcuciebā eruebāq̄ȝ d̄ ore eorū ⁊ illi cōsurgebāt ad vsum me ⁊ apphendebā mentū eorū ⁊ suffocabā. interficiebāq̄ȝ eos. Erit ergo et philisteus hic icircūcisus. quasi vn⁹ ex eis. Credidit rex signi magnitudinē. et dixit ad dauid. Induere armatura mea. ⁊ sic egredere. Qd̄ cū fecisset. iuxta morē pgredi non valebat. qz non pmittebat hoc fieri d̄⁹. scilicet vt nudus vinceret. ⁊ non arma saulis virtutē victorie partiret̄. ne diceret rex. qm̄ arma vicere mea Proicit arma ⁊ iduit fiduciā. Egredit̄ nud⁹. ⁊ loricat⁹ fid̄. Egdit̄ pastor ⁊ miles iactat lapidē. ñ nata corpis fis⁹. sȝ vtute fidi ex vno rot[u] fūd̄ infronte pcussit blasphemum. Quo corruēte cucurrit. ⁊ accepto gladio ei⁹ amputauit caput illi⁹. vt cōpleretur illud qd̄ scriptū est. Inopibus manuū suarū corruit impius sonitu sempiterno. Et nunc in nomine domini reportauit ex hoste victoriam. ⁊ abstulit intempore illo obpbriū ex filijs israhel. Iterū post victoriā zel⁹ iterum inuidia. Persingula quippe effodio fontem inuidie. vt ipsa possit vena oculis apparere. Iste ergo talis ac tātus vir etate doctior. vsu tricior. processu temporis fit sapiencior. de quo dixit deus. Inueni dauid filium iesse. virum secundū cor meū. O pclara preconia. o laudes excelse. o virtutatum magnitudo. Dominator ei dicit. inueni dauid filium iesse. virum secūdum cor meum. Iste inquam qui bestias superauit. qui goliam iterfecit. qui leonē

suffocauit. qui vrsum strangulauit qui in iuuentute senior. adolescens corpore mente grandeuus. qui in regali culmine vitam monachi imitabatur. dicebat enim. nō margaritis ornabo lectum meum. sed lacrimis per singulas noctes lauabo stratum meum. Nunc autem homines non solum in nocte sꝫ et in die dormiunt. ille autem in die procurabat palacium. et nocte dō vacabat vt si forte aliquid contraxisset peccati. per noctes lacrimis expiaret. et tamquam in portu quieto degēs familiarius colloqueretur deo. Iste ergo talis ac tantus vir. spirit⁹ graciam habens. in iuuenili etate senior. qui vsque ad ethera celi peruenit. vt desuper mereretur laudari. qui deuicit bella. qui mille aduersum se machinas superauit. post sobrietatem. post modestiam. post castitatem cum obtinuisset regnum ꝛ gentes subiugasset. et pax vniuersa teneret. tunc negligencior et segnior factus est. vt addiscatis quantum bona sit tribulacio. que tamquam virtutum omnium mater est Interea dum hec securitas esset. contigit vt meridie d̄ ambularet in solario domus regie. Qui curioso oculo eminus vidit mulierem lauātem se exaduerso super solario suo. Erat autem mulier pulchra valde Sed pulchritudo non est inculpa. quia pulchritudo dei est donum. Uidit inquam mulierem lauantem se. vxorem militis. Aperuit itaqꝫ in vano oculos. et suscepit sagitte ictū Audiant curiosi qui pulchritudines considerant alienas. audiant qui

exspectaculis insaniunt theatralibus. qui ad excusandas excusaciones in peccatis dicunt. Expectam⁹ quidem. sꝫ nil nocemur. O quid tal' ac tantus lesus est. et tu te putas non posse ledi. Ille nocitus est qui tantā habebat spiritus graciam. et tibi quomodo credere potero sine vulnere euasisse. Et ille quidem nō vidit meretricem sed in solario domus sue. tu autem in theatro vbi ꝛ locus condemnat animam sapientis. Ibi enim non solum vides res infaustas. sed eciam audis spurciloquia. et ex ipso incessu meretricis habituqꝫ molliris. vbi et auditu et cantu diabolico leduntur aures. et vndiqꝫ percutitur mens tua. visus de eo quod vides. auditus de eo quod audis. et reliqui leduntur sensus. dicente propheta. Mors intrauit per fenestras nostras. quia oculi nostri tamquam fenestre sunt anime. Et cum tante sint corruptele. tanta precipicia. quomodo possum tibi credere. quod a talibus bestiis vulneratus non sis. Numquid lapideus es. aut ferreus. Homo communis nature subditus infirmitati. igni collocaris. et non ardebis. Pone lucernam in fenum. si poteris dicere. quoniam non exuritur fenum. Quod ergo fenum est. hoc et nostra natura. Uidit inquit eam lauantem se. et pulchram nimis. suscepit sagitte ictum. diffusum est venenum. Misit ad eā rex cui illa resistere non valebat. At vbi venit ad eum operatus est iniquitatem. impleuit concupiscenciam malā. Iubet eū redire ad ꝓpriā domū.

Hec dico ⁊ in medio ꝓfero vulne
ratū. vt om̄s astātes videat⁹ q̄mō
curat. Nā ⁊ medic⁹ cū putrefacta
vulnera secat. habet astātes sibi vt
videāt quomō sanat egretudines ar
te. Multomagis cū ꝓpheta ⁊ rex se//
cat cunctos oportet astare. vt videa
m⁹ q̄mō putredinē malā euadere
possim⁹. et ab intollerabilib⁹ vermi
bus liberari. Pessima ⁊ iniqua iple
ta est cōcupiscencia. peccatū ꝯsum/
matū est. ⁊ nō erat qui curaret. Cō
cepit itaq3 mulier. et rex putabat vi
rum ei⁹ posse latere. Nā ⁊ si ꝓphe
ta erat tamē ꝯcupiscencia obcecaue
rat eū. Pregnans ergo facta muli
er. vadit ad regē ⁊ dicit ei. O rex pe
rij. Et ille ait. Quid habes. P̄gnās
iq̄t sum peccati mei. Pullulat fruc
tus. accusatorē intrinsec⁹ habeo.
ī ventre ꝓfero ꝓditorem. Si venerit
⁊ viderit vir meus. q̄d dicā. Quid
loquar. Quam excusacionem pre//
tendam. Videte et admiramini fra
tres. quantū mali sit delictis ⁊ pec//
catis obnoxiū fieri. Rex militem ti/
met. et formidat subditum. Impa/
tor choronam capiti gestabat. ⁊ cō
fusionis obprobria metuebat. Non
ne tu imperator. nonne gladij pote
statem habes. Habeo inquit. Sed
ꝯsciencia peccati mei. timeo formi//
dinis matrē. O ignominia accusa/
trix. Peccatum quod putabam la
tere. manifestum est. Timeo formi//
do qm̄ confudisti me. et reum fecisti
Si venerit inquit vir meus. quid di
cam. Quid loquar. Inueniet me
grauidam ⁊ occidet me. accusatore
clamante. Naufragium perpetra//
tum perspicis iam hīc quale sit et
quantū mali peccatū. Quid ergo
rex pudoris ex cogitato consilio.
peccatis adicit peccatū. ⁊ iniq̄tatē
scelere vult celare. Oportet enī di//
latare sermonē. Intēpore nāq3 illo
ioab dux exercitus dauid in ꝓcinctu
ꝑlij aduersus ppl'm amonitaꝝ a//
rege fuerat direct⁹. Cūquo eciā vri
as prexerat. Scripsit itaq3 rex vt ad
se veniret vrias. ⁊ diceret ordinacio
nē belli. vt sub hac occasione crimi
nis celaret ad missum. Venit vrias
de castris. ⁊ itrauit ad regē. interro
gatq3 de apparaciōe belli. Respō//
dit oia ꝓspera ⁊ victoriā esse paratā
Audiuit rex q̄d miles vicerit. ⁊ dolz
q̄d ip̄e sit vict⁹. Miles aduersarios
sb̄dit. ⁊ rex a libidinis ꝯcupiscēcia
supat. Miles inimicū ꝓstrauit. ⁊ rex
a peccato supat. Miles victoriā an
nūciat. ⁊ rex p̄cōfusiōe sua. peccatū
timet cōfiteri. Vicim⁹ inquit. ⁊ supa
uim⁹. Stupebat rex. ⁊ p̄cōfusione
peccati pugne victoriam non sen//
ciebat. eo quod ip̄e sit victus. vidit
itaq3 clemēciā dei. quomō inutat
ꝯsilia hōim. q̄ i malis suis celare cu
piūt q̄d admittūt. Dicit militi vade
idomū tuā ⁊ laua pedes tuos. et re
sume paulisper quia de via venisti
Propter q̄3 ob causam o dauid sol
licit⁹ es dic michi. Ille enī nesciebat
ad domū suā pgere aut lauare d̄ iti
nere nō ꝯsueuerat pedes. Ob hoc i
quit plenum pietatis do ꝯsilium. si
potero quo pacto obumbrare sce//
leris magnitudinem. et vulneri sup
ducere cicatricem. vt illius esse di//
catur quod meum est. Sed inextin
guibilis oculus nō ꝯcessit. parcens
ei q̄ fuerat vulnerat⁹. quid g⁹ miles

ad ista. Quomodo inquit possum cum archa testamenti et vniuersus exercitus super faciem terre manent. ut ego ingrediar domū meā. et comedā et bibā. et dormiā cum vxore mea. Per salutē tuam q non faciā rem hanc. ut ego in delicijs. et alij in pugna Hec nesciens dicebat miles obprobriū afferēs regi. q voluerat eū sub dolo illicere ut possit suū obtegere vulnus. Qm̄ igit celare nō potuit adulteriū. copulat homicidiū. et excogitato cōsilio. facit eplam. et remittit eū adducere exercit⁹. cōtinentem hunc sensum. Pone indē vriā ex aduerso belli. vbi fortissimū prelium est. Dic michi ob quam causam Scz ut interficiatur. Et signatam epistolā. tradidit militi. O infelicitas peccati. gladium aduersum se nesciēs portabat. qui iniusticiam fuerat passus. et epistolā ferebat sanguine plenā. sicque perrexit. Oportet enī succidere ea. q sunt peccati. Stetit igitur in pugna. occisus est. cecidit. Ecce duo peccata. homicidium et adulteriū: Homicidium. adulterij fructus efficitur. et mala cogitacio sceleris crimen est. Hec dico pp̄ter peccatores. qui sibi multū sunt malorū conscij. ut audientes de sua nō desperēt salute. Scriptum est enim Non mechaberis. non homicidiū feceris. Duo igit hec prima mādata. transgressus ē. homicidiū. adulterio copulauit. Grande vulnus. pessima plaga. Qm̄ g⁹ vrias i bello occubuit. statim exultauit pccm̄. Tunc iā prexit adeū nathan pp̄heta. Cōsumatū ē peccatū. cōpleta est iniquitas. ablatus ē emedio. qui iniusticiā fuerat pass⁹. Venit igit ad eū nathā pp̄heta. Propheta ad pphetā venit. Qz ob causam venit. certe et dauid pp̄heta erat Quomō g⁹ se ipm̄ curare nō potuit. Sic enī medici qn̄ egrotāt alioꝝ medicorū auxilio indigēt. et īfirmitas obliuiōi dat artē. sic et i hoc pp̄heta. Ille ppheta. et iste. sz ille san⁹. iste aūt graue vulnere sauciat⁹. Dicūt ei. Adest nathan pp̄heta Iubet ut igrediatur. Ingredit ergo pp̄heta cōspicit regē sedentē i solio suo amictū purpura. et caput lapide precioso ornatū. hinc inde vallatū p̄sidio militū. cū magna gloria exultantē. Dic ad regē. Sermo michi ad te o rex. O sapiencia medici Intrauit portans gladium. ut secaret vulnus. sz i firmāti non ostendit. ne abhorreret medicinā. Abscondit deint⁹ ferrū non sub vestimēto. sz sub velamine narracionis. Statim enī ut introiuit. nō dixit o inique. o i mūde. o adulter. o homicida. nō vsus ē nuda coarguicōe. nō cāe iactauit fiduciā. sed erat ferrum absconditū. Quid igit dicit. Causā habeo. Cui ait rex. Edicito causam tuam. Duo inquit viri erant in ciuitate vna. vnus diues. et alter paup Diues habebat oues et boues plurimos valde. pauper autem nichil habebat omnino. p̄ter ouem vnam paruulam. quam emerat et nutrierat. et que creuerat apud eum cum filijs eius. simul de pane illius comedens. et de calice eius bibens. et in sinu illius dormiens. eratq illi sicut filia. Cum autem peregrinus quidā venisset ad diuitē. pcēs ille sumere de ouib⁹ et

de bobus suis ut exhiberet conuiui um . pauperis ouē tulit. et ꝑ para uit cibū illi pegrino. Duo hoīes vriam et dauid addisce psonas. In veritate paupculi ouē. mulierē di cit. hoc ē vxorē eius. que adultata ē que de mensa ei⁹ vescebat. ꝛ de cali ce er⁹ potabat. ꝛ igremio ei⁹ cuba bat Considera paupem. incentiua pietatis habere fulcimina. Indiui tibus aūt multā supbiā. apud pau pes vxor et ancilla. et ministra ē. et ꝓcreat filios. ꝛ ipsa mater et nutrix est. apud diuites aūt nō ē ita. sed cū generauerit filiū. stati eū tradit foris et pietatis insignia abscidit super bia. Erubescit fieri nutrix. que fac ta est mater. Xp̄us autem non ita Ipse nutritor est nr̄. ideo ꝛ ꝓcibo ꝓ pria nos carne pascit. et ꝓpotu suū sāguinē nobis ꝓpinauit. Quis er go ingremio ei⁹ cubabat. Aurit p abolā narracōe pietatis. Uenit er go pegrinus hō ad regē illū. Quis itaqꝫ ē pegrinus. Concupiscēcia vi delicet. Ut ergo illius ostēderet ca stitatē. pegrinum cōcupiscēciā noia uit. Nunqꝫ alienas nupcias diffi pauit. neqꝫ iniquis cōspexit oculis. sꝫ percussus in illa muliere perdidit ca stitatem. quia paululū remissiorē reddiderat. securitate pacis. Uenit peregrinus. iniqua et agrestis con cupia. ad illum diuitem venit Et ille non accepit de gregibus aut ar mentis suis. ut peregrino pararet epulas. sed misit et rapuit ouē pau peris que in sinu eius cubitabat. et de mensa eius edebat. Cum hec er go audisset rex dauid. iratus est val de aduersus hominem illum. Et dixit ad nathan Uiuit dn̄s. quoiaꝫ filius mortis est vir qui fecit hoc. Quem reddet in quadruplum. et ipse gladio punietur. O iudicis su per effluentem iusticiam. Nō enim erat illa amoris et vmbra suspicio nis ut iuste nō diceret. Iubet qui dē inq̄druplū secundum legē restu tui Lex enim precepit furantem q̄ druplici restitucione vinciri. iste au tē et legem est preter gressus. iubet quippe et ipsum interimi. et in qua druplum obnoxiū detineri promi sit itaqꝫ sentenciam et iudicium eli matum. Cum hoc audisset prophe ta iactat omnem vmbram imagi nis. et in medium profert gladium et cum fiducia dicit. Tu es rex qui hoc opus fecisti O sectura non gla dio secans sensum doloris. sꝫ in cō pendio accusacionis. Cum enim op ortuit ocultauit narracionem. cum vero tempus inuenit. statim per cussit et abscidit sine grandi plaga vulnus. Sed hoc solūmodo dicens tu es rex. at ille velociter rediens ad conscienciam. tanquā fidelis ꝛ ydo neus seruus. culpam simpliciter cō fitet ꝛ dicit. Peccaui dn̄o. Uides ꝛ ī dolore igenuitatē animi. Nec dixit adeū o iᵉ tu cur n̄ cōsideras fragilita tē humanā. cur n̄ temetipsū carnalē itelligis. aut nescis me ī culmine cō stitutū esse regali. cur michi audac ter impegisti crimen. sed quid dicit Peccaui domino. Statimqꝫ ꝓphe ta. Dominus quoqꝫ trāstulit pecca tum tuū. non morieris. O arguta pe nitencia. o velocior indulgēcia. Dic tu inquit prior iniquitates tuas. ut iustificeris. Per opera. quidem

exacerbasti. sʒ fideli confessiōe peni-
tuisti. Hec dico vt audiāt pecca-
tores. et qui in multis deliquerūt
ne desperent medicinā domini. tan
tum fideliter ꝛ non subdole penite-
ant. Peccaui inqͭt domino. Et ille
ait. Domiꝰ quoqʒ transtulit pecca
tum tuū. non morieris. Tu qͥdē dix
isti. reū gladio interimi. ego aūt di-
co. nō morieris. Vidisti quomodo
deus ꝑphete causam exsoluit. Dic
tu inqͭt prior iniqͥtates tuas. vt iu-
stificeris. Psalmus ergo dauid qn
do venit ad eum nathan ꝑpheta.
Hic ostenditur cōfessio fidelissimi
famuli eiꝰ. bonitas. ꝛ indulgencia
clementissimi dei. didicimus igi-
tur quomō sit curatus. et qualem
susceperit medicinā. Quando aūt
dominus iustificat. quis est qui con
demnet. Non enim dixit nathan
qꝛ ego cōcedo sʒ dominus inqͭt trā
stulit peccatū tuū Secuit vulnꝰ. sa-
nies egressa est. curata ē plaga. Et
post hec verba abijt ꝑpheta in do-
mū suā. Hec aūt omnia egit nathā
vt ostenderet huiꝰ viri benignitatē
et mentis eiꝰ correpcionē. qualem
accepat indulgēciā peccatoꝝ. qua-
lem cōsecutus sit veniā delictoꝝ ꝛ
erga dei fidelem famulum largam
clemēciā. Non solū aūt post penitē
ciā palā edicit vulnera sua. sʒ et in
posterū vniuerse nacioni eadē ma-
nifestat. Et psalmū scripsit vt non
remissiores post penitēciā efficiant
homines. et vt sciant quantā fabu
lam cōcupiscencie habeat tragedia
Sub intrante eni penitencia. venit
et fiducia. Quia ego saluatus sum
inqͭt. quare nō ꝛ alij me narrante sal
uētur. Deus michi cōcessit. ꝑpterea
scribo vt ꝛ vulnꝰ ꝛ medicamēta vni
uersi cognoscāt. Non timeo cōfusi
onē. qꝛ meā salutē desidero. Sic et
paulꝰ fecit. cōcessa sibi peccata pub
licat dicēs. grās ago deo q me ꝯfor
tauit i xp̄o. qꝛ fidelē me existimauit.
Qui prius fui blasphemus ꝛ ꝑsecu
tor. ꝛ cōtumeliosus. sʒ nūc fidelē me
fecit Propterea inqͭt me metipsum
publico. vt si quis ē blasphemus et
iniuriosus ꝛ multis obnoxius malis
non despet salutē. tantū est vt rece-
dat a malis ꝛ faciat bona ꝛ habebit
spem salutis. qꝛ nolo mortē pecca-
toris dicit dominꝰ. tantū vt cōuer-
tat ꝛ viuat. et tu o dauid qm̄ mech
atꝰ es. ꝛ homicidiū ꝑpetrasti ideo
penituisti. ꝛ remissionē a deo merui
sti. Propterea temetipm̄ publicas.
vt si qͥs est mechꝰ ꝛ homicida. discat
qm̄ si cōuersus penituerit. pōt ad
salutē venire. Jdo vtraqʒ ante ocu
los posuit. ꝛ peccatū. ꝛ penitēciā. et
salutē. vt eligamꝰ salutē. Hoc est.
Ergo putas solūmō qͦd qͥrit ut omi
bꝰ notū faceret peccatū. ꝛ curacōʒ
suā. Nō. Sed. qͦd aliud. Ego dicā
Sic eni audistis. qꝛ penitencia mul
tā ꝛ magnā habet remissionē. ꝛ grā
dem nobis ꝑuidet apud deū fiduci
am. sic ꝛ illud necesse est nos audire
quia non solum penitenciam putat
sibi sufficere. sed formidat et tremit
ne in talibus de inceps incidat ma
lis. Volo ergo ostendere quia psal
mus non tantum peccatorem de-
monstrat. sed et penitentem. Et
hoc caritati vestre dico. vt nemo si
bi post penitenciam applaudat. et
qͣsi securꝰ remissius viuat. sʒ magis

cautius agat. vt salutem suã i por-
tu trãquillitat⁹ cõstituat. Volo g°
ostendere eũ qm̃ sanatus ẽ/et meli-
or sui factus. et potẽtior et fortior.
Sed forsitã dicis Quomõ denuo
desiderans inuenitur Et iterũ pug
na iterũ peccatũ Sed queadmod
emendauerit. et desideriũ suũ deo
optulerit exponã. Contigit quodã
in tẽpore ab allophil' obsideri beth
lehem. cũ castra posuissent in valle
gigãtum Qd cum audisset dauid
cõtraxit exercitum suum. et venie-
bat cõtra eos in diebus messis. De
siderauit autẽ dauid et ait. Quis
michi daret potũ aque de cisterna
que est in bethlehem. iuxta portam
Irruperũt g° tres viri fortes de co
mitibus ei⁹ cõtra philisteos q̃ valla
uerant vrbem. et hauserũt aquã de
cisterna bethlehem. que erat iuxta
portam. et attulerũt ad dauid. Et
ille noluit bibere. ꝫ libauit illã do-
mino dicens. ꝓpicius michi sit do-
minus. ne fatiã hoc. Num sangui
nem istorũ hominũ qui ꝑfecti sunt
et aiarum ꝑiculum bibam. Noluit
g° bibere. iterum pugna cogitatio
num. iterum disceptatio Sed illa q̃
dem cõcupiscẽtia lege ꝓhibebat.
hec vero in tẽpore estus sicienti ne
cessaria et debita erat Et cũ fortissi
mi viri cõciti prexissent et in ꝑiculo
animarũ suarũ exhibuissent aquã
cupitam Quomõ trãseũtes aduer
sariorum multitudinem. Allata g°
aqua intellexit rex qd fecerit. q₂ in-
pugna validissima sitim suam non
valuit cõtinere. Ideoq₃ vicit desi-
derium suũ. qd sciuit eum alieno ꝑi
culo adimpletum. Allatã accipiẽs

aquam bibere noluit. ꝫ semetipm̃
reprehendit et dño eam libauit. non
enĩ aqua erat ꝫ sanguis. Non na-
tura sanguinis in causa erat. ꝫ desi
derium ⁊ volũtas sua. Vides iam
quomõ castigat⁹ de ꝑori cõcupiscẽ
tia. postmodũ cautior est factus. et
qui corpus ad amauerat et ruerat
aquam desideratam et necessariã ⁊
siciẽs bibere noluit. ⁊ victor sui fac
tus est Hec loquor ꝓpt̃ eos q̃ for-
nicati sunt. Concupisti forsitan me
retricem et peccasti. facere qd̃ẽ non
debueras. Sed si cupis agere peni
tentiam qd maxime debes. quia ⁊
dãnum seculi sentis. et anime de-
trimẽtũ. ne adicias peccatũ super
peccatum: Et forsitan dicis. Quo-
mõ me abstinere possum. Dabo ti
bi cõsilium. Vxorem habes licitã.
vtere voluptate. Si non habes. ex
pedit nubere q̃m fornicari. Sed nõ
possum inquis me continere. Hoc
pusillanimitas est et neglegẽtie tue
qui dei p̄cepta contemnere malles
q̃m facere Qd si ostendero tibi aliũ
nec vxorem habentẽ. nec fornican-
tem sed sobriũ et pudicum. q̃m ha
bebis excusationem. Et ille qd̃ẽ in
pelago h⁹ seculi nullo quassat̃ nau
fragio. et tu in portu cõstitut⁹ ad
naufragiũ deuergeris. Habes vx-
orem. fornicaris. magis aũt mech-
aris. Et quomõ inquit possum in-
centiuas vincere passiones. Fruere
vxore. q₂ p̄cepit beatissim⁹ paulus
dicẽs. ꝓpt̃ fornicatiõꝫ aũt vn⁹q̃sq₃
vxorẽ suã habeat. ⁊ vnaqueq₃ virũ
suum habeat. Mulier sui corporis
potestatem non habet. ꝫ vir Simi
liter et vir sui corporis potestatem

non habet sed mulier. Si ergo illi-
cuerit te meretricis aspectꝰ ꝛ sermo
reuolue intra temetip̄m huius pre
cepti sententiā ꝛ dicito Quī vir sui
corpis potestatē nō habet. Uerbū
hoc scribe in facie tua. ꝛ dicito me-
retrici. Quid me vocas. Nō est me
um corpus sed vxoris mee. nec au-
deo ꝑdere Alienū dotis eius nō po
teris mutare. neqꝫ facultates eiꝰ im
pendere. ꝛ quomō audebis corpꝰ
eiꝰ feda polluere macula. Dicito ei
debitū hoc vxoris nō tuū. dicito ei.
timeo christū. qm̄ mēbra hec de cor
pore sunt christi. Audiāt ergo ꝛ mu
lieres ꝛ timeāt ꝛ intelligant vbi hᵒ
eleuauerit christus. ꝛ dicant. Qm̄
mulier sui corporis nō habet pote
statē sed maritꝰ. Scio multas mu-
lieres ꝑ bonā cōuersationē lucras-
se viros suos ꝛ castitatis exēplo ꝓ-
uocasse ad pudiciciā. ꝛ prudenti ꝯ
sensu n̄ reliquisse viros suos Quid
si tu abstines sine illius volūtate tri
bues illi fornicandi licentiā. ꝛ pec-
catū illius tue imputabit abstinen
tie. Quid melius ē vt tu illi debitū
reddas. aut illa qđ tibi debet alibi
ꝑdat. Cōcessio tua n̄ ē inhibita. illi-
us vero ꝓhibita. Si te cognouerit
non ē eximē. cū aliena aūt si dormi
erit ꝑdidit mēbra tua. Cōsiderate
fratres beatissimi pauli pietatem.
Qui tanq̄ȝ clementissimus medicꝰ
ingressus cubiculū ꝛ quasi residens
dat salubre cōsiliū. sciens fragilita-
tem humanā dicit. Nolite frauda-
re inicē nisi forte ex consensu ad tē-
pus. Propterea inq̄t accepisti vxo
rem. ꝛ tu accepisti maritū. vt inui-
cem ꝯsentiatis. ꝛ pari cōsilio quod

melius est eligatis. Uis abstinere.
Summum est quod cogitas. Noli
inuidere viro tuo. ꝑsuade illi vt ha
beas duas coronas. vt non incon
tinentia et castitas virginū habeāt
sobrietas ꝛ luxuria cōtentionē. Si
enī tu abstines. ille vero inflamma
tur libidie corporis. recordare pau
li sententiam. dicentis. Ne fornica
beris. Statim turbatur. et tanq̄ȝ
inter duos scopulos positꝰ naufra
giū sustinet nauis. cui portus clau-
ditur. Nolite ergo fraudare inuicē
nisi forte ex consensu ad tēpus. Ete
nim vbi pax est ibi omnia ꝓspera-
bunt. Ubi sobrietas lucet ibi vna
nimitatis abstinentia coronatur.
Ubi autem intemperātia domina
tur. ibi pugne et contentiones non
deerunt. Nolite ergo frudare inui
cem nisi ex consensu. Beatissimus
paulus tanq̄ȝ bonus dispensator.
quippe qui vniuersum orbē cupit
desponderе christo. castitatis insi-
gnia prebens. ꝓpterea non erube-
scit dicere honorabiles nuptie ꝛ cu
bile immaculatum. quibus etiam
ipse dominꝰ interfuit ꝛ pietatis sue
largitus est munera. aquam cōmu
tans in vinum figuraliter osten de-
bat. vt intercessu virginitatis nu-
ptie que q̄si generales et licite sunt.
nutu dei palmam abstinentie me-
rerentur. Curre ergo quantum po
tes. si lassaueris ad portum reuoca
pedem. dicente paulo. Et iterum
ad idip̄m reuertimini. ne temptet
vos sathanas ꝓpter incontinētiaꝫ
vr̄am. Castitas enī sine comitibꝰ su
is ieiunio videlicet ꝛ temperantia

cito lasescit quod si his quasi admi niculis roborata fuerit. p facile co rroabit tria ei sunt hec virgis nuptie. fornicatio. nuptie medie fornicatio d orsum. virginitas sursum Virginitas namque coronam habet nuptie laudem mediocrem. fornicatio penam atque iudicium Vide ergo si abstinere vis cum consilio facito. et sic arripe iter considerans corpus tuum. quia summam rem desideras tamquam bonum pedagogum adhibe tibi ieiunium et temperantiam et preces fiducialiter quo desiderasti. Nam et cum quis natare disponit prius considerat et delibe rat vt exsuperare possit natando quod cepit. Sic et tu. Bonum est quod habes. sed si meliorem partem habere cupis sapienter. et consulte arripe consiliatorem habens paulum dicentem et qui habent vxores sic sint tamquam non habentes vt per abstinentiam et bonam conuersationem in hoc seculo conscientiam puram habentes coronari in futuro mereamur Per christum dominum nostrum. cui quo est deo patri cum spiritu sancto honor gloria et ptas per immortalia secula seculorum amen

Explicit Omelia de superscriptione psalmi l.

Item omelia Sancti Johannis in ipsum quinquagesimum psalmum

Reliquias hesterne mense hodie vobis reddere volo. Sed reliquias et mensam cum audis carissime. nichil palpabile arbitreris aut crassum. Non enim carnem ocidimus. sed verbum dei vestre insinuamus menti. Ex mensa enim corporali si vna vel secunda die caro cocta manserit caro deperit. et corrumpitur. In proloquenda autem sapientia aliter est Si integram permanserit annum. suauitatem suam longe lateque diffundit. Remansit caro. et post paululum perputrescit. Remansit sapientia. et suauior redditur. Comedit quis carnem sentiet corruptelam Comedit sapientiam. eructuat verbum bonum. et proximum suum replet dulcedine. Ideo propheta qua tales escas edebat. fiducialiter dicebat. Eructauit cor meum verbum bonum Commouentur iterum vnde. sed mens constantior fit. Agitantur corpora sed auris dura et intrepida fit. Et cum omni intentione audiamus que dicuntur. Vidistis hesterna die karissimi prophetam loquentem. et dauid regem cadentem. surgentem vincentem. coronatum. et publicatum Vidistis peccatum insurrexisse. et per penitentiam corruisse. et tamquam fera quedam peccatum insiliens et allidens. sed ingressa penitentia releuans et exultans medicamentum vulneri spe salutis Vidistis prophetam arguentem. Vidistis et regem philosophie portantem. Vidistis secantem medicum. saniem vulneri defluentem. Vidistis penitentem. et mortuum viuificantem. Audistis dicentem regem. peccaui domino. et propheta respondente dominus trastulit peccatum tuum. Velox.

confessio. velocior medicina. Facto peccauit. verbo penituit. Annuit deus. et correctio facta ē. vuln⁹ aparuit. ꝛ sanitas redit. sed nō fuit his ꝓpheta cōtentus. Nā post correptionem. post penitenciam. post emēdacionem. post peccatorū ablucionem psalmū obcausam cōscripsit. ita vt eciam postere generacioni fiat illius passio medicina. et illi⁹ naufragium sit alijs port⁹. ꝛ quibus ille vulneratus est et emendauit alijs in hisdem incidentib⁹ ipa possint vti medicina. ꝛ emēdacione sanari. Sed nunc videam⁹ qd dicit psalmus. et cū sincero affectu audiamus. Miserere mei deus scdm magnā misericordiā tuā. Et secūdum mltitudinē miseracionū tuaꝝ dele iniqtatē meā. Quid amplius queris. O dauid pseuera gracias agens. indesinent glorifica. qr ablatū est peccatū tuū. Sed volo inqt ꝛ cicatricē extenuare. Ablatū est vulnus. volo et pulchritudinē recipe. Ideo dicit miserere mei deus. Ad misericordiā inqt cōfugio. ad omnē peccāciū portū. Nec eni cōfido opibus meis. si qd forte boni feci. Miserere mei deus. quia misericordia tua in estimabilis est. omnē excedēs sermonē. interpretari nequiens. peccatoꝝ cōsolatio. iustoꝝ cautela. Non eni solūmodo peccatores saluāt. sz ꝛ iusti misericordia circūdant. Audi deniqꝫ quid petro dixerit xp̄c. colūne ꝛ fundamento fidei. qui obrobur confessionis vocatus est petrus dicente domino. Tu es petrus et sup hāc petrā edificabo ecclesiā meā. Et iteꝝ. Simō inqt quotiēs voluit sathanas cribrare vos sicut triticū. ꝛ ego rogaui prote ne deficeret fides tua. Vides qm̄ et iusti misericordia indigēt. vt ex peccatorib⁹ iusti fiāt: ꝛ iustificati iusti maneāt. Nam ꝛ beatus paul⁹ p misericordiā talis est factus. gracias inqt ago qui me cōfortauit xp̄o. qa fidelem me habuit. constituens in ministerio. qui prius fui blasphem⁹ et psecutor ꝛ cōtumeliosus. Quo ergo saluat⁹ es. o beatissime paule. Sed ꝓpter hoc inqt misericordiam consecutus sum. Vides ꝛ iustū p misericordiā saluatum. Prius quippe ecclesiā domini pseqbat. ꝛ cristianos ī carcerē otrudbat et tāqꝫ singular⁹ fer⁹ vineā domini deuastabat. Prophetas legerat. ꝛ ꝓphetatū ignorabat. Paterna lege doct⁹. datorē legis nesciebat. Quo ergo misericordiā cōsecut⁹ est. Saule saule. qd me pseqris. O ineffabilis misericordia dei. quousqꝫ descēdit. Quid me psequeris. Patrē inquit suū imitat. Nam ꝛ ille ꝓ̄lo hebreorū dicebat. Popule meus. qd feci tibi. Aut qd molest⁹ fui. Aut in quo otristaui te. Respōde michi. Et filius ei⁹ saulo dicit. Saule saule qd me psequeris. Quid g ille. Quis es dn̄e. Ilico dominacōnē ofitet. Vidisti anime generositatē. vidisti humilitatē famuli dicētis. quis es domine. Ego sum inquit ihesus nazarenus. quem tu psequeris. O ineffabilis sapiencia domini. Quare nō dixit ego sum fili⁹ dei. Ego sum in principio verbum. ego sum qui in dextera patris sedeo. Ego sum qui in forma di consisto. ego sum qui celum extendi. ego sum qui terrā sup aquas fundaui. ego sum qui mare

diffudi. ego sum qui vbiq3 presens sum. τ omnia repleo. ego sum qui semper sum et natus sum. Quare nō dixit magna illa et admiranda pco nia. Sed quid ait illa benigna pie tas. τ ieffabil clemēcia. Ego sū ihe sus nazarenus de iferiori loco. de par ua ciuitacula. Cur aūt semetipm de humiliori nominauit loco. Nescie bat enim eū psecutor. Si eni scisset. non vtiq3 psequeretur. Ignorabat qm̄ de spiritu sancto natus est. Nā qd de nazaret erat non ignorabat. Si ergo dixisset ei qm̄ filius dei sum ego. et inprincipio verbum. qui celū feci et astra ornaui haberet dicere. Alt est ille. τ alt is quē ego psequor. Intellexistis carissimi que diximus Si dixisset illi magna illa et excelsa misteria. habuit dicere. non est iste qui crucifixus est. Et ideo dixit vt sci ret q ipe eēt quē psequebat. q carnē i duit. q figurā serui suscepit. q cū eo dē conuersatus ē. Qui passus ē. q mor tuus et sepultus. De iferiori loco semet ipm nōiat dicēs. Ego sū ihesus naza renus quē tu psequeris. quem nosti quē scis q tecū est conuersatus. Prop terea statim dominū est confessus. qa de celis vocātē audiuit. Tantū q pro pe descendit dominus quātū seruus a scendere poterat. Propter hoc τ mi sericordiā consecutus sum idē. Ideo et dauid. Miserere mei deus scdm magnā misericordiā tuā. Et secūdū multitudinē miseracionū tuarum dele iniqtatem meā. Nam et chananea illa ad istum confugit portū. miserere mei fili ia mea male a demōio ve xat. Ubi misericordia flagitat. inter rogacio cessat. Ubi misericordia postulat. iudiciū nō seuit. Ubi mi sericordia petit. pene locus nō ē. Ubi misericordia. qstio nlla. Ubi misericor dia condonata rnsio ē. misere michi. solū modo volo. Et quid a me expetis questionē. Dixi semel. qd misericor diā ierxistimabilē qro. Misere mei deus scdm magnā misericordiā tuā. Dixi sti magnā. edicito qntā. Quāta sit nescio. qd grandis est noui. Quātū aūt nō valeo apphēdere nescio ma gnitudinis qntitatē. nō cōphēditur verbo. Uideo nāq3 fructū misericor die grādē. Nisi eni i immensum extē dēt. ad modū pauci saluaret. Hāc misericordiā filius eius oñdit. Ueniēs eni. misericordia sua saluauit cūctos Misere mei deus. O portus omni tē pestate carens. o portus. omni trāql litate plenus. Grande baratrū pecca torum meorum. s3 multa domini mei hu manitatis cautela. factus ē homo. ecce misericordia magna. Inutero virgi nali conceptus est qd eras tu. vt tu qd nō eras. eē posses. Hoc misericordie i effabil magnitudo. Dū esset puu lus. ab extremis finibus vocauit ma gos. Post illos publicanū. post hūc meretricem. post illam latronem. post istum vocauit plasphemum. O noua vocacionis principia. Domi nabantur demones. male orbis gu bernabantur negocia preualuerūt peccata. Impietas omnium possi debat. alij demonibus libabant. alij creaturas pro deo venerabantur. Alij immundicie et omni spur cicie seruiebant. et ipsi qui legem ac ceperant. perpreuaricacionem le gis deum contemnebāt. O grādis misericordia domini. Cum omnis

mundus conclusus in peccatis esset venit creator vniuersitatis. et principia peccanciū euacuauit. vt nullus postmodū desperaret de sua salute. Si impius es. cogita publicanum. Si in mund⁹ es. attende meretricem. Si homicida es. perspice latronē. Si iniquus es. cogita blasphemum. Considera paulum apl'm prius psecutorem. postea annunciatorē. Prius puasorē. postea dispensatorē. Ante hoc zizania. post hoc frumentū. Antea lupū. postea pastorem. Ante plūbum. postmodū aurū Ante piratam. postea gubernatorē Ante dispersorem oviū. postea dispensatorem eccl'e. Primo euellantem vineā. postea plantātem. Pri⁹ dissipantem. et postea edificantem Vidisti multimodā maliciam. sed perspice ineffabilem misericordiā. Vidisti superbiam seruuli. cōsidera beniuolēciam domini. Nolo michi dicas plasphemus sum nolo dicas persecutor sum. in mund⁹ sum. Habes omniū ostensiones. in quem volueris portum confugito. Vis in nouum. vis in veterem. In ueteri dauid. in nouo paulus. Nolo excusaciones michi afferas. nolo michi ignauiam tuam pretendas. Peccasti penitere. Milies peccasti. milies penitere. Hec assidue infundo medicamenta. et tumorem intercipio. Noui cui multum consciencie cruciatum. scio quanta est desperacio. Stat diabolus gladium acuens. et dicens in hec verba. Omnem iuuentutem tuā confudisti. omnem vitā tuam perdidisti. Antea eras in theatro cum amicis. in circo cum sodalibus in lupanari cum meretricibus Deinde rapuisti auaricie studuisti. periurasti blasphemasti. que iam tibi salutis spes ē. Peristi. peristi. fruere ergo iā vl' presentis vite voluptatibus ducito in leticia cor tuum Hec diaboli verba sunt. ista inimici consilia. sed mea contraria sunt verba. Si lapsus es. poteris surgere. Peristi sed poteris saluari. Fornicatus es. sed poteris continere. Mechatus es. sz poteris liberari. Ad spectacula proruebas. sed poteris reuocare pedem. Cum malis hominib⁹ versabaris. poteris recedere. et cum bonis esse. In utraqz parte liberum habes arbitrium. tantum vel parua incipiat esse conuersio. paululum penitere. Fundant oculi lacrimam redi ad conscienciam tuam. considera temetipsum. propone ante oculos iudicij diem. et paradisi delicias que preparantur sanctis. Occidisti. sed penitere. Mechatus es. sed confitere. Cecidisti. sz resurge. Vulneratus es. adhibe tibi curam dū viuis. Dum spiras etiam in ipso lecto positus. etiam si dici potest exanimans. vt iam de hoc mundo exeas de hac compede liber eris. Penitere. nō ipediat tpis angustia misericordia dei. Quomodo inquit. et qualiter. Vlcerib⁹ plenus sum. vulneribus reuertus. Mille criminib⁹ obnoxi⁹. non possum in nouissimo penitere dic. Potes. et valde potes Karissime in exitu tuo cogita deū. In testamento relinque pauperib⁹ Tu illuc vadis. et opera tua manēt. Nolo michi dicas. Unde nosse potero. si qualemcumqz veniā habeo

ante resurrectionem est. et dicat aliquis. ergo et ante iudicium iudicium Do vobis aliquod exemplum. vt exemplis possimus cognoscere veritatem. Finge aliquem in latrocinio deprehensum esse. hunc missum esse in carcere tenebroso. hunc missum esse in neruo. et tormentis expectantem quidem sententiam. sed et non esse ibi sine pena Nam ex ipso loco intelligit. quid passurus sit Licet enim nec dum susceperit penam capitalem. licet necdum venerit dies iudicij. tamen de carcere. de tenebris. de squalore. de fame. de stridoribus catenarum. de gemitu compeditorum. de lacrimis eorum qui cum eo sunt. intelligit in quali pena sit futurus Si enim tanta perum premia sunt. quid futurum erit inter ipsa supplicia Si necdum venit ad iudicium. et necdum pena perfecta est. et desiderat aquam frigidam. quid in iudicio passurus est.

dubium

Simulque considerandum. quod abraham apud inferos erat. Necdum enim christus resurrexerat. qui illum in paradisum duceret. Antequam christus moreretur nemo in paradisum conscenderat. nisi latro Rumphea illa flammea et vertigo illa claudebat paradisum. Non poterat aliquis intrare in paradysum. quem christus clauserat. latro primus cum christo intrauit. Magnitudo enim fidei. meruit magnitudinem premiorum. Non enim credidit in regno videns christum. non illum vidit fulgentem. non illum vidit de celo respicientem. non vidit ei ministrantes angelos. Certe vt libere dicam non vidit libere ambulantem. sed vidit eum in cruce Vidit illum bibentem acetum. vidit eum sentibus coronatum. vidit eum confixum ad crucem. vidit eum precantem auxilium deus deus meus respice in me. quare me dereliquisti. et sic credidit. O conditio varia. et casus hominum. apostoli secuti fuerant. et fugiunt. iste in cruce dominum confitetur O petre. o iohannes. qui dixeras Etsi me necesse est mori. nunquam te negabo. promittis et non facis. Ecce alius damnatus in homicidium. quod non promiserat facit. Exclusus de loco es tuo exclusit te latro Ipse primus ingreditur cum christo in paradysum. Ex latere diximus de latrone. neque enim obliti sumus propositi. proposueramus enim de paradyso dicere. quod ante aduentum christi nemo fuerit in paradiso Reuertamur ergo ad propositum Latronis corona non nos errasse faciat. sed prouocet ad coronam. Abraham necdum erat in paradiso. quia necdum christus intrauerat cum latrone venit christus et passus est. et multa corpora sanctorum resurrexerunt et visa sunt in sancta ciuitate. Crux cristi clauis paradysi est. crux christi aperuit paradysum. nonne nobis dixit quod regnum celorum vim patitur et violenti diripiunt illud. Qui in cruce est non vim facit. nichil medium est. Et crux. et statim paradysus sed magnitudo penarum. facit magnitudinem premiorum Hec interim diximus. deprecemur dominum vt latronem et istum lazarum pauperem imitari possimus. Si persecutio venerit. imitemur latronem Si pax fuerit. imitemur lazarum. Si martyrium

Apti
petrus
iohannes

Crux

latro non per se
sed + xpi sanguinem

fecerimus statim in paradysum Si paupertatis penam sustinuerimus statim in sinum abrahe Habet et sanguis. habet et pax loca sua. habet et paupertatis martyrium suum. et egestas bene tollerata facit martyriũ. sed egestas ꝓpter christũ non ꝓpter necessitatem. Ceterum quanti pauperes sunt. et diuites eẽ desiderant. et scelera faciunt. Non ergo paupertas simplex beatum facit sȝ paupertas ꝓpter christum. fides famem non timet. Qui christũ amat. non timet famem Qui christum habet. omnes secum diuitias habet. Negociator quidam sapientissimus vendidit vniuersam substãciã suam. et ceteras margaritas. et emit sibi vnam preciosissimam margaritam Habuerat quidam margaritas. et pulcherrime erant et p̃ciose Moysen habebat. esayam habebat. ieremiam habebat. et sanctos ꝓphetas. sed hec ad cõparationẽ christi. duxit p stercore. Unde dicit et apostolus Que inquit erant mihi p lucro. hec estimaui ꝓ stercore. vt christum lucrifacerem. hoc est vt margaritam vnã emerem Unde et in alio ꝓpheta State in vijs. et querite viam Quasi diceret emite margaritas. et p margaritas vnam emite margaritam State in vijs et q̃rite viam Non dixit dimitte vias. sed state in illis vijs et querite viam christum. cui sit gloria in secula seculorum amen.

Explicit Omelia in lucam Incipit Omelia in euangelio Johannis

De iohanne dicitur fuit missus a deo. vide que sit distantia inter deũ et hominem De deo in principio erat verbũ et verbum erat apud deum. et de⁹ erat verbum Videte quomodo piscator indoctus nouum verbum ꝓ͂petratis dixit sic de deo In pricipio erat verbum que iam locuti sum⁹ Neqȝ eñ possumus eadẽ replicare De homine videte quid dicat. fuit homo missus a deo Videte q̃d dicat. fuit De filio dei erat. de homine fuit. De deo dicitur. in principio erat verbum. de dei filio verbum. de homine videte quid dicitur. Fuit homo Quia ergo homo. ꝓpterea missus est a deo Cui nomen erat iohannes. Gratia in homine cõphenditur. Johannes enim domini gratia interp̃tatur. Jo enim dicit̃ dñi. ãna dicitur gratia Cui nomen erat iohannes. Quia maiorem accepit gratiam Propterea in heremo philozophatur. et reseruat se in aduentum christi quia nunciaturus erat christum statim in heremo nutritur statim ibi crescit. non vult cum hominibus conuersari. In heremo cũ angelis philozophat̃. nouerat christum iohannes semp esse venturũ. Et non solum nouerat ab infantia sed in utero matris nouerat. etiam eum salutauerat Deniqȝ scribitur. Exultanit infans in vtero matris sue. Uide quomõ i utero matr⁹ cõstitutus. sensit aduentum domini. Considerate monachi dignitatem vestram Johannes princeps noster est. dogmatis ipse mõachus Stati

vt natus est. in heremo viuit. in heremo nutritur. xpm expectat in solitudine. Videte differentiam. Eo tempore quo iohãnes. natus est. et erat in heremo. hoc templum quod videmus esse destructum. quantas habebat diuitias. quid auri. quid argenti. quid multitudinis. Vultis scire quantã habuerit multitudinem. Josephus iudaice scriptor historie describit eo tempore quo capta est ierusalem. hoc est a uespasiano et cito. dicit mille. et octingenta milia vna die capta. videte quid dicat. Ubi tanti sunt capti. quanti habitatores erat. quanti sunt mortui. quantos fames. quantos gladius. interficitur. Deinde scribit hystoria. quantum auri fuerit in templo. quantum argenti. quantum. gẽmarum. quantum serici. quãti erãt sacerdotes. quanti scribe. et diuersa genera officiorum. Videte quomodo semp xp[9] humilitatem diligit Christus dei filius in templo nascitur. et in heremo p̃dicatur. Humilis enim. humiles diligit Hoc totum quare dico Vt doceam dogmatis nostri principem esse baptistam iohannem. Felices sunt qui imitantur iohannem. a quo inter natos mulierum maior non fuit. Expectabat christum. nouerat esse venturum. oculi eius nihil aliud dignabantur aspicere. Omnia per ipsum facta sunt. et sine ipõ factum est nihil. quod factum est. Multi enim male legunt. dicentes. Quod factũ est in ipso vita erat. Sed ita distinguitur. Omnia per ipm facta sunt et sine ipõ factum est nihil. q̃d factum est Hoc est. Sine ipso quod factũ ẽ non est factum. Spiritus enim sanctus non est factus. ꝑpterea. non ꝑ ipsum est Spiritus enim sanctus q̃ fecit omnia. non est factus a domino Uerbo domini celi firmati sunt. ⁊ spũ oris ei[9] oĩs vt[9] eoꝝ. vides q̃a duo sũt q̃ fabricãt. dimitto patrẽ q̃z de patre nulla dubitacio est. licet in isto versiculo tres ꝑsone demonstrãtur. Quando enim dicitur. verbo domini celi firmati sunt. nominat. id est verbum. nominat. et deum patrẽ. et filiũ. Ergo due persone dicte sunt Uerbo domini celi firmati sunt. alijs verbis hoc dixit. Filio patris. celi firmati sunt. et spiritu oris ei[9] omnis virtus eorum Ergo manifeste in isto versiculo demonstrat quod pater et filius et spiritus sanctus omnium creatores sunt. Omnia per ipm facta sunt Si ergo omnia p ipsum facta sunt. ergo exclusus est pater. exclusus est et spiritus sanctus et solus filius operatus est Qm̃ ergo dixerat omnia per ipsum facta sunt ne spũt[9] sanct[9] ⁊ patris tolleret creacionẽ adiecit ⁊ sine ipõ factum est nihil q̃d factum est Qñ dicitur sine ipõ nihil ostenditur q̃d alius fecerit sed eum in isto nihil fecerit deniq3 ⁊ sapiencia in ꝑuerbijs q̃d dicit quãdo p̃parabit celos ad eram et centa et uita erat lux hominum et lux in tenebris lucet et tenebre eam non conp̃henderunt generaliter quidem d̃ conditore dicitur d̃o qm̃ semper inter medias creaturas suas sit et tamen creatura non intelligit creatorẽ suũ specialit̃ aũt dicit̃ de domino saluatore quoniã

hoc verbum quod erat deus ꝛ erat
in deo esset et iam in mundo. vt lu
ceret in tenebris in deoꝝ. et in dei q̄
sunt tenebre. non cōprehenderunt
lucem Fuit homo missus a dō Bre
uiter de singulis dicamus. Fuit ho
mo missus a deo. Videte significan
tiam ꝓprietatesq̄ꝫ verborū De deo
quid dicitur De filio dei quid dicit̄
In principio erat verbū Qui erat
principium non habet Qui erat n̄
fuit aliquod tempus quando non
erat De iohanne licet vero sanctus
sit. licet precursor sit. nō dicitur erat
nō ei erat an̄q̄m nasceret̄ n̄ erat an̄
quam precursor fieret. non erat an̄
quam conciperetur in utero Audi-
at hic et alia heresis. Non mittitur
ille qui erat. sed mittitur et fit ille
qui nō erat Quid dicit̄. fuit homo
missus a dō Videte ꝓprietates ver
borū In principio erat verbū et ver
bum erat apud deum. et deus erat
uerbū Hoc erat in principio apud
deū. Legimus et litteras seculares
legimus platonē legimus et ceťos
philosophos. Piscator noster in-
uenit qđ philosophus nō inuenit
Si dixisset in principio erat deus fi
lius. videbat̄ patrem exclusisse aut
eciā duos deos facere. et nichil no
bis ꝓderat degentibus. si reliquis-
semus plurimos deos. et credidis-
semus in duobus dys Vide ergo
quomodo paulatim. et prudēt̄ incre
pit In principio non dicit erat deꝰ
ne videret̄ deum ꝛ deū facere. dos
duos iunctos. sed filiū verbū nomi
nat Et dū dicit ip̄m v̄bū eē ipatre
sic et filiū deum dicit. vt nō auferat
vnum deū Ergo et nos qua raciōe

filium deum dicimꝰ. et vnū tam̄ de
um dicimus in patre et in filio Sic ī
patre et in filio. et in spiritu sancto
triplex quidē est. sed vna diuinitas
Fuit homo missus a deo. Iohañes
fuit qui ante non erat Factus est q̄
non erat Fuit homo non verbum
Homo ideo fuit quia homo. verbū
non fuit sed semper erat Fuit homo
missus a deo In principio erat ver
bum Non mittitur homo missus a
deo Quicquid ergo homo loquitur
non auditur. qui mittit. Qui ei vos
recipᵗ me recipit. honor mittētis su
scipit̄ in eo qui mittitur Fuit homo
missus a deo. Quod nos dicimus
missus greci dicunt. hoc est missus.
quod dicitur lingua hebraica silaof
Ergo vides quod iste iohannes ꝓ-
pheta. non solum ꝓpheta sed ꝛ apo
stolus est Mittitur esaias. aposto-
lus fuit Ecce ego mitto me Missus
a deo Pulchre dixit missus Domi
nus enim dicit in euangelio Om-
nes qui ante me venerunt. fures fu
erunt et latrones Non dixit omnes
qui missi sunt fures et latrones. sed
qui per se venerunt Quid dicit om
nes qui venerunt ante me Qui di-
cunt hec dicit dominus. et dominꝰ
non misit eos isti qui venerunt ꝑ se.
et non sunt missi. ipsi fuerunt fures
et latrones. Iste ergo missus est a
deo cui nomen erat iohannes. Et
nomen ip̄iꝰ offitio conuenit Iohā
nes enim interp̄tatur domini gra-
tia Io enim dicitur dominus. āna
gracia Ergo iohannes domini di-
citur gratia Quod missus est a do
mino accepit Hic venit in testimoni
um vt testimoniū ꝑhiberet đ lumine.

Multa sunt que dicunt᷑. s₃ excludi-
mur tempore Et verbū caro factū
est. et habitauit in nobis Verbū ca
ro factū est. et q̄uo factū est ignora-
mus. A deo ratione͂ habeo conscie͂-
tiam nō habeo Scio q₂ verbū caro
factum sit. et q̄uo factū sit nescio. mi
raris quia ego nesciebā Omnis crea
tura ignorat Misteriū eī̄ qḋ absco͂
ditū fuit. in oīb⁹ seclis in nr̄o seculo
reuelatū est Dicat aliquis si reuela-
tū ē. q̄uo te nescire dicis Reuelatū
est quod factū ē. ceterū celat᷑ q̄uo fa
ctū sit Deniq₃ dicit esayas Genera
tione͂ ei⁹ q̄s enarrauit. et q̄uo ip̄e di
x̄erat. ecce virgo in utero cōcipiet. ⁊
pariet. dicit qḋ factū sit. q̄n aūt di-
cit. Generatione͂ ei⁹ q̄s enarrauit.
hoc nob̄ ōn̄dit. qm̄ nat⁹ q̄dē sit. s₃
q̄uo nat⁹ sit ignoram⁹ Scā maria.
btā maria. mater et virgo. virgo fu
it ante partū. virgo post partū Ego
hoc miror quomodo ḋ virgine vir
go natus sit. et post natione͂ virgi-
nis mater virgo sit Vultis scire q̄uo
de virgine natus sit. et post natiui-
tatem mater ipsa sit virgo. Clausa
erant ostia. et ingressus est ihesus
Nulli dubiū quin clausa sint ostia.
Qui intrauit p̱ hostia clausa. non
erat fantasma. non erat spiritus.
vere corpus erat. Quid eī̄ dicit.
Respicite et videte quia spirit⁹ car
nem et ossa non habet. que me ha-
bente͂ videtis Habebat carnes ha
bebat ossa et clausa erat ostia Quo
modo clausis ostijs intrauerūt ossa
et caro. Clausa sunt ostia et intrat
quem intrante͂ non vidimus Und͛
intrauit Omnia clausa sunt. locus
non est per quem intret. et tamen
intus est qui intrauit. et non paret
quomodo intrauit Nescis quomo
do factum sit. et das hoc potentie
dei Da potentie dei. quia de virgi
ne natus sit et tamen ipsa virgo fu-
erit virgo post partum Legimus in
ezechiel in templi edificacione. por
ta hec inquit orientalis que respicit
ad orientem semper clausa erit. et
nemo inquit intrabit per eam nisi
solus pontifex. Clausa est porta.
et nemo intrat per ipsam portam
nisi solus pontifex Sepulchrum sal
uatoris in petra durissima fuerat ex
cisum. in petra durissima que nul-
lam habebat molliciem. et scriptū
est qm̄ in isto ipso sepulchro nullus
ante sit positus. s₃ nouum sepulch
rum erat Manifestum quidem est
secundum literam quod factum est
et propterea in petra excisum est.
Debemus enim primum secundū
literam dicere Et in durissimo lapi
de fuerat excisum. et in nouo sepul-
chro positus est. et grandis lapis
positus est ad ostium. ⁊ custodia mi
litum in circuitu. vt quantum for-
tius seruatur ne furari possit. tan-
to magis virtus dei appareat cum
resurrexerit Si enim sepulchrum fu
isset interra dicere poterant. suffo-
derunt terram. et furati sunt eum.
si fuiss₃ lapis puul⁹ posit⁹ dice͂ pot
ēt pu⁹ lapis fuᵗ ⁊ dormiētib⁹ nob̄.
tulerūt eū. dn̄iq₃ i euāgelio qḋ scp̄tū
ē. venerūt iq̄t alia die scribe ⁊ phari
sei ⁊ sacerdotes. ⁊ venerūt ad pilatū
⁊ dixerūt ei. dn̄e mag⁹ ille dicebat.
qm̄ surrectur⁹ ē Ne gᵒ veniāt disci-
puli eius et furentur eum et dicant
surrexit. ⁊ peior error fiat. q̄m modo

factus est. da nobis qui eum custo diāt ne eū furent̄ ⁊ dixit pilat⁹ Ha betis custodiā. ite facite quō vultis Diligētia scribarū et hostiū ꝓdest si dei nostre Seruate pharisei seruate: de⁹ includi nō pōt. de⁹ i sepulchro teneri nō pōt Qui fecit celū ⁊ terrā cui⁹ i pugillo terra est et celū. q̇ ap pēdit mōm in trib⁹ digitis qḋ dicit̄ hebraice Qui ergo ap pēdit mōm. vno sepulchro nō pōt cōtineri De niq̈ mlieres maria magdalene et maria iacobi. et ioseph mater. pia qdē volūtate. sꝫ errātes deū q̄rebāt in sepulchro Recipit qdē volūtatē sꝫ errorē arguit angel⁹ ille q̇ reuol uebat lapidē. ⁊ sedebat sup lapidē. Et qḋ odebat lapis iste cui ego se deo q̇ s̄u⁹ sum isti⁹ q̇ cert⁹ est non pōt includere dn̄m meū cū p̄matur a seruo suo Lapis ergo ille nō po tuit claudere ibm̄ Et dicit ad mli eres que venerāt ad querēdū eū ihe sū q̄rit? Nō ē hic Ubi ē i celo. vltra celos ē. i t̄ra vltra t̄rā. ē vbicūq̈ ve lucrit ē. vbicūq̈ ē. tot⁹ ē. vbicūq̈ ē ⁊ vbicūq̈ fueris. tu ipē q̇ i^m q̄r? i ipo es quē queris. Audi ergo quid di cit angel⁹ ad mulieres Quid que ritis viuentē cū mortuis. qḋ queri tis dn̄m in sepulchro. ibm̄ queritis dn̄m queritis. q̄ tm̄ ibm̄ queritis. Certe si sciretis illū esse viuētem au diretis Medi⁹ inter vos est quē vos ignoratis Regnū dei inter vos est. āgel⁹ quid dicit his mulierib⁹ ibm̄ queritis in sepulchro Credite eum resurrexisse. et putate in uob quem queritis Maria magdalena cū vi disset dn̄m et putasset qḋ hortula nus sit. putabat illum qḋ esset hor tulanus. errabat quidem in uisu. sꝫ ipse error habebat typum suū Ue re enim hortulanus erat ihesus pa radysi sui. arborum paradysi. Pu tabat inquit quod hortulanus essꝫ et voluit inquirere pedes eius. Et quid ei dixit dominus Noli me tā gere. nondum enim ascendi ad patrem meum Noli me tangere. n̄ mereris me tangere. quem i sepulch ro queris Noli me tangere. quem tantum putes et non credis resur rexisse Noli me tangere. tibi enim nec dum ascendi ad patrem meū. Cum tibi ascendero ad patrem. tūc mereris me tangere Prestante chri sto domino nostro Cui sit honor et gloria in secula seculorum Amen

Explicit Ome. de euange lio iohannis. Incipit Ome de recipiēdo seueriano



Sicuti capiti corp⁹ co herere necessariū ē ita ecclesiam sacerdoti et pncipi pplm. vtiq̈ vir gulta radicib⁹ ⁊ fonti bus fluuij. ita et filij patri. et magi stro discipuli. Hec autem non sup fluo ad caritatem vestram p̄fati su m⁹. sꝫ q̄m dicēda mihi sunt quedā ap⁹ vos. vt nemo t̄beat neq̈ s̄moni nr̄o aliq̈ oria t̄ interruptō sꝫ vt obedi ētia discipuloꝝ crescat in vob ⁊ q̄n tū affectū patri deferatis appareat Adornate me filij. et imponite mi hi obediētie vr̄e coronā Facite me apud oīs beatū iudicari. ⁊ doctri nā meā magnificate ꝑ obedientiam vr̄am. scdm ap̄li monita dicentis. Obedite p̄positis vr̄is ⁊ obtempa

te eis. q2 ipsi peruigilant p nobis q̄si
p animabus vestris ratione͂ reddi-
turi. Hec ergo p̄moneo neq̄s sup-
biat in cōmonitione͂ nostrā Pater
em̄ sum et necesse est me filijs cōsili
um suadere Qd enim in carnali-
bus patrib9 natura carnis. hoc i nob
gratia spirit9 agit Pat̄ sum. et pat̄
nimis sup filios treme͂s. ita vt san-
guinem meū p nobis fundere para
tus sim Et in hoc nō est mihi gra-
tia Aplica em̄ lex est. ⁊ dn̄i p̄ceptū
dicentis Pastor bon9 animā suam
ponit p ouib9 suis Sed ⁊ vos eade͂
facite p nob. Simili nāq3 erga nos
deuincti estis affectu Nā et paulū
audite quid dicit Salutate inquit
priscillam ⁊ aquilā adiutores meos
in xp̄o qui p anima mea suas ceruí
ces posuerūt Sicut em̄ pulchrū est
pastorem p ouib9 immolari. ita rur
sum pulchrū est et oues a pastore
nec morte se iungi Cū em̄ insepabi-
les fuerint ab eo. lupum diabolum
non timebunt. Murus em̄ carita-
tis firmior est adamāte et frater cū
adiuuat̄ a fratre erit sic̄ ciuitas mu
nita. et firma Hec aūt p̄mitto vt cū
om̄i affectu que dicimus audiatis.
neq3 aliq̄s vestrū incipiat pturbari.
Loquimur rem quā dignum est in
ecclesia loqui. et quam dignum est li
benter audiri Pro pace loq̄mur ad
uos Et q̄d ita cōueniens quam sa
cerdotem dei pace͂ pp̄lo psuadere.
Cōtradctō nl'la ē. vbi ⁊ legatō scā. ⁊
legat9 accept9 ē. Pro pace loq̄mur.
pq̄ fili9 dei dscendit ad t̄ras. vt pa
cificaret p sanguine͂. nō solū q̄ i t̄ra
sunt sed et que| in celis. et terrena ce
lestib9 sociaret. p pace loq̄mur. pq̄

fili9 dī passus ē. pp̄ter q̄m crucifix9
est ⁊ sepult9 Quā nob p oī heredi-
tatis ce͂su reliq̄t ⁊ velut murū eccl'e
dedit. q3 scutū aduersum diabolū
posuit q̄m gladiū aduersum demo
nes dedit q̄m portū trāq̄llissimū fid
lib9 collocauit quā repp̄iciacō3 ad
dū dedit. q̄m dlictoꝝ absolutōne͂
concessit pro hac ergo legatus ad
uos miss9 sum Nolite mihi iniurere
pudore͂. nolite legacō3 meā fedare
acq̄escite mihi queso vos Multa du-
dū tristia gesta sunt i eccl'a. deū cōfi
teor s3 nō laudo ꝑt̄batōes. seditōes
nō āplector S3 omittam9 iā hc. de
sinite cōq̄escite. cohibete aīos. refre-
nate iracūdiā. sufficit iā q̄d labora t̄
eccl'a. finis. sit. desinat t̄bacō. h° em̄
⁊ dō placitū ⁊ pijssimo p̄ncipi acce-
ptū ē Oportet enim et regib9 obe-
dire marie cū ⁊ ipsi obte͂pent eccle-
siasticis legibus Dicit enim aposto
lus. principibus et potestatibus sb
diti estote. quanto magis religioso
principi. et pro ecclesia laboranti.
Si g° p̄parauí animos vestros ad
suscipiendam legationem meā reci
pite frm nr̄m seuerianū ep̄m Ha-
beo grām q̄d sermone͂ meū laudi-
b9 psecuti estis Dedist9 mihi fruct9
obedientie. nunc me semen bonum
gratulor seminasse. Ecce enim sta
tim frumenti manipulos colligam
Retribuat vobis dominus premiū
benignitatis. et obedientie merce
dem Nunc enim veram hostiā pa-
cis obtulistis dō quia nemo t̄batus
est audito nomine. sed cum cari-
tate suscipitis simul Ut sermone lo
cuti sumus omnem ex animo fu ga
stis iracundiam Suscipite ergo cū

pleno pectore apertis manibus Si quid triste gestum est. omitte. quia vbi tempus pacis recordatõ dissensionis nulla est. vt sit gaudium in celo. gaudiũ in terra. leticia et exultatio spiritalis in ecclesia dei Et ore mus de reliquo vt pacificam deus custodire dignetur ecclesiam pacē firmam et ppetuā dare. in xp̄o ihesu domino nostro. cum quo est gloria deo patri. vna cum spiritu sancto in secula seculorum amen

Explicit Omela sancti iohan. de recipiēdo seueriano Incipit sermo ipsius seueriani de pace cum susceptus esset ab iohanne episcopo

IN aduentu domini et saluatoris nostri atq; in presentia ei⁹ corporali āgeli ducentes choros celestes euangelizabant pastoribus dicentes Annūciam⁹ vobis hodie gaudiū magnū quod erit omni pplo ab ipsis sanctis angelis et iā mutuatim nos vocē annūciam⁹ vob hodie gaudium magnū Hodie enī in pace ecclesia ē et heretici in ira Hodie ecclesie nauis in portu ē et hereticoꝝ furor iactatur i fluctib⁹ Hodie pastores eccle i securitate. et heretici in ptur bacione sunt Hodie oues dn̄i intuto et lupi in saniunt. Hodie vinea dn̄i i abūdantia. ꝛ opari iniqtat⁹ i egētia. hodie ppls xp̄i exaltat⁹ ē et inimici veritat⁹ hūiliati sunt. hodie xp̄c i leticia. ꝛ diabol⁹ i luctu. hodie angeli in exultacōe. ꝛ demones incōfusione. Et qd op⁹ est multa dicere Hodie xp̄c qui est rex pacis cum sua pace pcedens. fugauit omne discidium. dissensiones depulit. discordiam pturbauit Et sic celū splēdor solis. ita ecclesiam. fulgor pac⁹ illuminat O quā desiderabile nomē pacis q̄ religionis xp̄iane stabile fūdamētū ꝛ altaris dn̄ici celestis armat⁹ Et qd possumus de pace ploq. Pax nomen ē ipi⁹ xp̄i sicut dicit et apls. Quia xp̄s pax nostra: q fecit vtrūq; vnū q neq; fide s; inuidia diaboli dissidebant Verū sic pcedēte rege et platee mundātur. ꝛ tota ciuitas diuersis florib⁹ et ornatib⁹ coronatur vt nihil sit qd min⁹ dignū vultui regis appareat. ita ꝛ nūc pcedente xp̄o rege pacis omne quod triste est auferat e medio. ꝛ illucescēte veritate fugetur mēdaciū Fugiat discordia. resplēdente cōcordia Et sicut frequēt fieri vidim⁹. vbi regū vel fratrum tabule pingūtur. vt in vtrosq; vnanimitatis declarent insignia. artifex pictor. femineo habitu post tergum vtriusq; cōcordiā statuit brachijsq; suis vtrunq; complectens. indicet quod hi qui videntur corporibus separati sentencijs. et voluntate conueniant. ita nunc pax domini media assistens. et vtrunq; nostrum gremio palpāte connectens. discreta corpora in unum conuenire animum. vlnis iūgentibus docet. In qua sine dubio cōplet̄ s̄mo propheticus qui ait Et erit consilium pacificum int̄ vtrosq;. Et hesterno quidem pater noster communis euangelico pacem Sermone prefatus est. Hodie

vero nos verba pacis exponamus Ipse nos hesterno resupinis mani-bus in verbo pacis excepit. et nos hodie dilatato pectore vlnisqꝫ patē-tibꝰ ad dominū cū muneribꝰ pacis occurramꝰ Iā bella destructa sunt pulchritudo pacis obtinuit Nunc in luctu est diabolus. ⁊ in lamētatōe oīs demonū turma. nūc in celestibꝰ leticia ⁊ i āgelꝭ exultacio. qbꝰ specialꝭ familiarꝭ pax Hoc eñ ecꝭ celestes admirāt virtutes opꝰ qs fons eius habet pennis. exquo ⁊ iā terrena hᶜ nr̄a guttis quibꝰ dā exind stillātibꝰ irrorant Et iō etiā si in tris pax lau dis eiꝰ splēdor redundat i celū. lau dāt eā celestes angeli ⁊ dicūt Glꝰa i excelsis deo. et in tra pax hoibꝰ bo ne volūtatꝭ Vides qūo celestes oēs ⁊ terrestres i inuicē sibi munera pa-cis emittūt Celestes iāgeli pacē tris ānunciāt sci in tris xp̄m q̄ ē pax nr̄a collaudāt in celestibꝰ positū. ⁊ misti cis choris acclamāt osanna in excel sis Dicamꝰ gᵒ ⁊ nos Gloria in altis simis deo. q̄ humiliauit diabolum et exaltauit xp̄m suū Glꝰa in altissi-mis deo. q̄ discordiā fugat. ⁊ patiē tiā statuit Dico eñ vob artē diabo li. cuiꝰ neqꝫ vos astuciam ignoratis Vidit satanas firmitatē fidei stabi litatē in ea pietate dogmatū septā. vidit et opū bonoꝝ fructibꝰ habū-dantem. et ideo ꝓhis omnibus ad insaniā venit et rabie furoris exar-sit. vt scinderet amiciciā. et euelleret caritatem vt irrumperet pacem Sꝫ pax dn̄i semꝑ sit nobiscum in xp̄o ihū dn̄o nr̄o cū quo est deo patri et spiritui sancto gloria in secula secu-lorum Amen

Explicit sermo seueriani de pace. Incipit sermo sancti iohannis de ieiunÿs et gene seos lectio

IOcundum quidē na-tis est ver iocundum quoqꝫ et agricolis sꝫ neqꝫ nautis neqꝫ agri colis ita iocundum ē veris tempus. ut his qui philoso phari volunt. iocundi sunt ieiuni-orum dies spiritale animarum ver e[illegible] dissima tranquillitas animorū. Nam agricolis ver idcirco iocun-dū ē. qd dlectat aspicere. tunc depi ctam floribus terram. et varÿs frō dibus virgulta comantia. nautis vero acceptum est ver quod dor-sum maris deductis nauibus tuto licebit ascendere. nec vndarum ꝑ-icula formidare Nobis autem iocū dum est ieiuniorum ver. quod tunc non vndarum sed cogitacionum ⁊ concupiscenciarum carnis fluctus. ac turbiens mitigantur. et corone nobis non florum sed spiritalium gratiarum parantur Sic enim scri-ptum est Coronam inquit gratiaꝝ accipiens tuo capiti. Non ita ergo apparens suis hirundo vernaculis fugatam hiemem nunciat. vt ieiuni orum dies fugari ex uisceribus no-stris vitia carnis et cupiditatis ostē dunt. Cessat pugna carnis aduer-sus animā. et anime aduersus car-nem. nec vltra insurgit āncilla in do minā. nec ꝑua superbit in liberam: sꝫ vniuersa hec ꝑlia ieiunioꝝ ꝑsētia cōquiescūt Quia igiꝭ nobis qetū ⁊

tranquillitat⁹ tēpus aduenit etiā nos deducamus in mare doctrine naui gium. et dicendi vela soluam⁹ si tū trāquill⁹ ꝛ tut⁹ est auriū vrãꝝ port⁹ in quo verbi dei nauis absq̃ metu naufragij collocetur Altū ei nob pelagus incedendū est volentib⁹ d celi ac terre et maris corporib⁹ philosophari Hec eñ nob hodie lectō recitata est Sed quid ad nos inquies creaturarum ptinet ratio Et valde quidem carissime. sic eñ ex magnitudine et decore creaturarum cōpetenter earum cōditor agnoscit. quāto aūt ad eaꝝ intelligētiā fuerim⁹ intenti. tanto magis via nobis patescit ad intuitū conditoris Magnum credere mihi bonū scire ē. qd sit creatura et quid creator. ꝛ q̃ sint opa. quis vero opifex Si eñ hec diligenter scirent discernere heretici. nunq̃ vtiq̃ oñia cōfunderēt. ꝛ que sursum sunt facerent deorsum Nō dico qd celum et stellas deorsum. trām aūt sursum ducerēt. ſ3 qd celorū regē ab excelsis sedib⁹ deducentes cū creaturis ꝛ opib⁹ collocauerint. creatām vero diuinis honorib⁹ affecerint Si de creatis scissent philozophari manichei. nunq̃ matiā corruptibilē ꝛ mutabilē que cū nō eēt effecta ē ingenitam deoq̃ dicerent coeternam Si de creatis scissent recte philozophari gentiles. nūq̃ coluissent ꝛ seruissent creature poti⁹ q̃ā creatori. Bonū vides celum. ſ3 ppterea vt illud aspiciens adores cōditorem eius. pulchrum solem. sed vt illum intuēs. factorem ipi⁹ venereris Si eñ creaturarum pulchritudine detentus inhereas. nec ex eorum specie magnitudinem consideres creatoris. conuersum ē tibi lumen in tenebras Uides q̄ntum boni sit scire creaturarum rationem Nō igit̄ neglegam⁹ hec lucra sed attenti⁹ intēdam⁹ his que lecta sunt. q2 nō solum celi et terre ac maris sed et nostre idem hominū originis ratio nobis ex hys que legūtur exponit̄ ꝛ vnde mors. vnde labor mortalium vite vnde cure vnd tristicie subierit declarat̄. Probis enim omnib⁹ velut satisfactionem quandam scriptā. librū hūc de⁹ misit ad homines Neq̃ eñ satisfacere dedignatur hominib⁹ q̃ ppheta dicit Uenite ꝛ disputem⁹ dicit dñs Et nō solum disputare cū hominibus et satisfacere nobis vult sed qd modo culpam fugiamus ostendit. Ante eñ q̃ diceret venite et disputem⁹. docuit qd loq̄ vl agere oporteat et ita venire ad iudiciū. Audi deniq̃ que insupiorib⁹ ppheta premiserit Lauamini inquit. mundi estote. auferte nequitias ab animis vestris Discite bonum facere. iudicate pupillo. et iustificate viduā. et tūc addit. Uenite disputem⁹ dicit dñs non eñ nos ad disputandum hoc est ad iudiciū vbi de cā nostra tractandum et disputandū est vult nudos et inanes venire. sed habere aliqua documenta iustitie. Si enim faciamus ea que superius precepit. tunc ad disputandum de causa nostra et de actibus nostris audact ꝛ fiducialiter veniem⁹. Deniq̃ ꝛ alias dit. dic tu prīiq̄tates tuas vt

iustificeris Habes enim accusatorē
acerbissimum et inimicem preueni
eum et obtura os eius impudentis
simum. propria sponte confitendo
delicta Sz intuere paululū magni-
ficentiam dei ex initio ꝑ semetipm̄
loquebatur hominibus deus. secū
dum quod audire ei⁹ possibile erat
Sic deniq̄ cum adam locutus re-
fertur. sic increpasse eam. sic cū noe
sermocinatus. sic apud abraham
hospicio susceptus. et conuiuij con
fabulatione vsus Verum vbi hu-
manum genus ꝑdiui⁹ i maliciā de-
clinauit. et a parente ꝛ a cōditore
suo q̄i longa quadam ꝑegrinatione
discessit. confabulatione cessante li-
teris ad eos tanq̄ longe a se posi-
tos. et epistolis vtitur quibus eos
veteris cui⁹dam amicitie et famili-
aritatis admoneat Primā q̄dem
epistolam ad homines ꝑ moysen
direxit deus Quid ergo hec ep̄la ꝯ-
tineat videamus In principio idē
fecit d̄s celū ꝛ t̄ram Requiras forsitā
cur nō p⁹ d̄ āgelis nob̄ vł archāgeł
iudicat Si eīm exequētia ꝛ magnitu
dine creaturaꝝ cōditor intelligat.
multo magis ꝛ virtutum celestiū cō
dicione pōt agnosci Magnū est ce-
lū. sed non ita vt angel⁹ Decor⁹ est
sol. sed excelsior archangelis Et ido
excelsam illam et arduam viam re-
linquens. ꝑ hanc planiorem et hu-
miliorem nos ad reꝝ sciētiā ducit.
Considera enim qui erant quibus
hec recitabatur epistola Nonne illi
qui educebantur ex egypto. vbi dei
cultum in corcodrill' haberi et cani
bus ac simijs viderant Non ergo
ꝯsequēs videbatur eos tūc ꝑ excelsi

orem viam ad agnitionem condi-
toris adducere. ꝛ ido ista planiore
ꝛ faciliore vtit. celū eis terrāq̄ ostē-
dit et mare. atq̄ oēm visibilem cre
aturā Deniq̄ vbi paululū iam ex
ea institutione ꝑfecerant. audi quō
eis aliā ep̄lam ꝑ ꝓphetā mittit. inq̄
de supnis virtutib⁹ docet ꝛ dicit.
Laudate dn̄m de cel'. laudate eū in
excelsis Laudate eū om̄s āgeli eius
Laudate eū om̄s virtutes ei⁹. q̄ ip
se dixit ꝛ facta sunt. ipe mādauit et
creata sunt Nā d̄ ill' eplis q̄s ꝑ pau
lū ap̄lm mittit de⁹ q̄d op⁹ ē dicere.
vbi iā secretiora mł'ta ꝛ celsiora refe
rūt ꝛ scribit nob̄ tāq̄ iā q̄ altiorib⁹
philosophie possum⁹ instituta susci
pe. q̄ ꝑ ipm̄ xp̄m facta sūt om̄ia vi
sibilia ꝛ inuisibilia. siue troni. siue
dn̄aciones. siue ꝑncipat⁹ siue ptā-
tes. ꝛ q̄ om̄a ꝑ ipm̄ ꝛ in ipo creata
sunt. ꝛ ipe sit ān om̄s. ꝛ om̄ia in illo
cōstēt Referūt tn̄ ꝛ iā in his q̄ per
paulū referūtur eadem ipa que mo
yses scribit Nam cum apud athe-
nienses contionaretur paulus non
eis d̄ āgel' loq̄t ꝛ archāgel'. sz de celo
et terra et mari ita dicens Deus cū
fecisset mundum et omnia que in
eo sunt. celi ac terre dominus non
in manu factis templis habitat. et ce
tera Sed et iohannes tanq̄ et ipe
scripta perfectioribus deferens. nō
solum celi et terre creaturam ascri-
bit. vnigenito filio dei. sed dicit q̄a
omnia per ipsum facta sunt. et sine
ipso factum est nihil idem tam ea q̄
videt' q̄ ꝛ illa q̄ n̄ videt' Sic g⁹ ap⁹
ingros litaꝝ fieri videm⁹ quoꝝ ali⁹
puerulum de gremio matris accep
tū et ignarum omniū atq̄ incapacē

maiorum primis tantummodo im-
buit elementis quē rursus alius ma-
gister accipiens. pfectioribus insti-
tuit disciplinis. ita et moyses igna-
ram omniū et rudem hominum na-
turam. et vt ita dicam. nuper a lac-
te depulsam. prima diuine cogniti-
onis edocet elementa. iohannes ve-
ro et paulus velut. a moyse iam que
prima sunt imbutos homines. ad
excelsiora et perfectiora deducunt.
non vt queqꝫ prima sunt destruen-
tes. sed tamēqꝫ fundamento compe-
tenter posito superponentes toci⁹
edificij celsa fastigia Uidisti deniqꝫ
vtri⁹qꝫ testamēti structurā vni⁹ linee
modulatione directam. Uidisti to-
cius edificij consonam quadraturā
audisti a moyse. quomodo facta sit
visibilis creatura audisti ꝛ a dauid
quomodo et intellectualis illa cele-
stis atqꝫ inuisibilis creatura sit dicē-
te. quia ipse dixit et facta sunt. ipse
mandauit ꝛ creata sunt Simili mo-
do et in nouo testamento. verbum
dei audis exponi. visibilium et inui-
sibilium conditorem In principio
fecit deus celum et terram Sermo
hic quidem breuis est. et simplex. sꝫ
omnium aduersariorum subruere
machinas potest Deniqꝫ considera
quomō manicheo asserenti quod
infecta sit materia et deo coeterna
occurrit ꝛ dicit In principio fecit d̄s
celum et terram. et omnem structu-
ram falsē eius doctrine subuerti t.
Sed non credit manicheus scriptu-
re nostre Ergo et ꝑpter hoc ip sum
vitandus nobis est. ꝛ alienus peni-
tus habend⁹ Qui ei non credit deo
et veritatem, mendacium ponit nō

tam errare quam insanire iudican-
dus est Sed quomodo inquit ex ni-
bilo fieri aliquid potuit Dic michi
et tu quomodo ex materia fieri ali-
quid potuit Certum est enim quod
de terra factum hominem vterqꝫ
nostrum credit. licet tu ipsam terrā
neges a deo factum Dic ergo mihi
quomodo de terra facta est caro.
De terra enim lutum fieri videmus
aut laterem aut tegulam. vel aliqd̄
tale figmentum carnem vero de ter-
ra nullus vnqꝫ fieri vidit Quomō
ergo facta est natura carnis Qūo os-
sa formata sunt Quomodo nerui ꝛ
vene Quomodo cutis et membra
viscerum secretorum Quomō vng-
ues et capilli. et singulorum varie-
tas distinctioqꝫ menbrorum. quo-
mō ista diuersitas ex vna terre natu-
ra formata est sed certum est quod
dare non poteris rationem Quo-
modo ergo cum ista q̄ aptiora sunt
et faciliora explicare non possis. de
dificilibus ꝛ ineffabilib⁹ ꝑnunciare
ausus es. Uis adhuc et faciliora ti-
bi ꝑponam. atqꝫ ea que ꝑ momen-
ta habemus in manibus Panem
cottidie sumimus. ꝛ exinde corpora-
lis vite substantiam conseruamus.
Dic ergo mihi. quomodo natura
panis intra nos mutatur in sangui-
nem Qūo ex ipso flegma ex ipso ꝛ iā
fellis substantia fiat. et diuersi hu-
moris generentur. cum vtiqꝫ natu-
ra panis densa quedam sit et cōpa-
cta. hec vero inque mutatur. remis-
sa sit et fluida. Tunc deinde color
panis vel candidus est. vel ad fru-
menti speciem redactus. color vero
sanguinis rubeus. et fellis nigri vel

prauicetero tumqꝫ humorum lon-
ge diuersus ⁊ varius Quomodo ergo
fiunt hec dic mihi ⁊ horum redde
rationem Sed certum est quod nō
solum hesitabis. sed et tacebis Re-
ctum ne tibi videtur vt cum ratio-
nem eorum que cottidie in nobis
sunt. inuastigare nō valeas. diuini
opis et conditionis dei audeas se-
creta discutere. et contradictionem
impossibilitatis ostendere. Si nr̄i
similis est deus. bene operis eius se
cundum cōmunem sensum expetis
rationem Quinimmo nec siquidē.
Multa enim sunt que arte quidem
hominum fiunt. quomodo tamen
vel qua ratione fiant explicare non
possumus. verbi gratia quomodo
de uenis terre aurum fiat. hoc fieri
quidem videmus rationem vero i-
mutate glebe reddere non valem⁹
Sed et ex harena arte hominum fit
Vitrum lucidissimum ⁊ multa alia
his similia humana quidem expiē-
tia fiunt. qua tamen ratione fiant
mortalis sermo non explicat. dei ve
ro op⁹ quem vtiqꝫ humanas artes
innumerabiliter precellere et iam
tu fateris. cuius virtutem et potē-
ciam absqꝫ vlla comparatione non
solum inter homines esse sed inter
celestes virtutes nemo vnqꝫ dubita
uit. quomodo in singulis quibusqꝫ
figmētis suis discutiendum credis.
et humane artis infirmitate pensan
dum. Quin potius derelinquens
hec que abiecte et fragiles cogitant
mentes. redeamus ad illam stabilē
robustamqꝫ sententiam que dicit.
In principio fecit deus celum ⁊ ter
ram Sta super illud fundamentū
ne commouearis. nec in cogitatio-
num fluctus atqꝫ animorum turbi
nes corruas Cogitaciōes enim mor
talium timide. et incerte ad inuen-
tiones eorum Noli ergo derelinq̄-
re que firma sunt. et conuertere ad
infirma ⁊ incerta atqꝫ hijs salutem
anime tue credere. sed pmane in his
que didicisti et credita sunt tibi. ⁊
dic quia in principio fecit deus ce-
lum et terram. et iam si tibi mani-
cheus occurrat et iam si valentini
discipulus. tu semp vtere hoc ser-
mone et iā si illi irrideant. tu eos vt
isanientes defleto. Sint licet pallen
tes in vultu et tristes. ac seueri videā
tur atqꝫ obductis supercilijs sint.
licet sermonum varietate subtiles.
sed tu noli aspicere ad istam que ex
trinsecus est ouium pellem sed con
sidera et intuere lupum qui intrin-
secus latet. et propterea maxime eū
execrari debes. quia ad conseruum
suum mitem se simulat et humilem
ad dominum autem omnium no-
strum canis est rabidus. in celum la
trans. et ipsi quodammodo diuini
tati inferens bellum. Negat enim
creatorem deum. sed alium nescio
quem contrarium p̄dicat Fuge ergo
ab hys tib⁹. et vita tēdiculas vita
huiusmodi verbum. tamqꝫ venena
Custodi hereditatem. q̄m a patri-
bus suscepisti p fidem. et doctrinā
scripture diuine que dicit. In prin-
cipio fecit deus celum et terrā. Cur
autem primum celum fecit. deinde
terram. ante tectum quam solum.
Vides et in hoc nihil esse simile hu-
manis artibus nec hominum regul
voluntatē seruari diuinam. Apud


nos adminiculis et fulcimentis op⁹
ē. tibi vero volūtas op⁹ effecit. et pre
bet sermo virtutem. Terra autem
erat inuisibilis et incōposita. Quā
ob causam celum ꝑfectum condidit
terram vero paulatim compositā
esse refert moyses. vt audiens tu
quia melioribus elementis ꝑfectū
extitit opus eius. certus sis quia et
terram perfectam poterat ꝓducere
sicut et celum. sed propter te. et pro
pter salutem tuam non fecit Si req̄
ris quomodo. ausculta Patriam
tibi et nutricem. et matrem et men=
sam. et domum posuit terram. sed
et sepulchrum tibi hāc eandem de
dit Nam et corpora nostra ex ipsa
sunt. ex ip̄a etiā corporum nutrimē
ta. ex ipsa quoq; et in ip̄a nostra ha
bitacio est. et post mortem in ip̄am
rursum redim⁹. ne forte ergo ex his
omnibus que ex ea videris conseq̄
beneficijs. fragili et lubrica cogitaci
one in impietatem delapsus. ipsam
esse vitam putares et vituperes
auctorem ꝓpterea impꝫfectam eam
atq; incompositam ꝓducit. vt tu in
telligens quod indiguit et iam ipsa
opere et beneficio conditoris cultū
venerationemq; diuinam creatori
omniū referas deo et glorifices eū q̄
ad usum ministerij humani generis
tanta parauit ac talia. Uerum dn̄i
cultus non solum in fide recta. sed
in optima conuersatione consistit.
Ait enim dominus Luceat lux vr̄a
inter homines vt videntes opera
vestra bona glorificent patrē vestꝝ
qui in celis est Et ideo velim ad ea
que dicta sunt addere aliq̄. de ope
misericordie nisi superfluū videretur

vos docere. qui alios operū vestroꝝ
docetis exemplis. maxime cum me
dius omnium nostrum sedeat pat̄
communis et magister noster. cui⁹
domus tanq̄. ad hec relicta et iam
maioribus suis. ꝑegrinus et adue=
nis patet. omnes qui vndiq; vel
tribulationes abiciendas. vel ve=
ritatis discende causa. conue=
niunt. hanc sibi hospitam domum
inueniunt hanc ministram. et ita in
omnibus famulantē. vt nescio vtꝝ
hui⁹ an peregrinorum magis dicen
da sit domus Immo vero ꝓpterea
magis huius est. quia peregrinoꝝ ē
Nā et omne qd̄ nostrū ē. tunc ma=
gis nostrum erit. si sit nobis cōmu=
ne cum fratribus Melius enim ser
uat pecunia. que in dextera pau=
peris collocatur Hanc mihi non ca
lumniator extorquebit. non inuid⁹
criminabitur. non latro auferet. nō
fur nocturnus diripiet. non seruus
fugam meditans vastabit. sed semp
ē tuta. sp̄ integra. semper salua Nul
lus alius locus ita munitus est ad
conseruandan pecuniam. sic pau=
perum venter Deniq; frequenter et
iam si extrinsecus quis potest dam=
na vitare aut effugare calumnias.
effugere tamen in pecuniam dome
sticas insidias non valebit. quāuis
claustra nobis valida quamuis si=
gnacula exquisita circundent. ver=
nile tamen ingenium non euadet et
ideo certissimum ē illam nobis ma
gis seruari peccuniam. quam pau=
peribus cōmendam⁹. Non solum
enim salua nobis manebit reposita
in talibus claustris. sed et fenore mul
tiplicato reddetur Ingentes enim

reditus cōferet pecunia largita pau
peribus Nam si in hominibus in
fenus dederis eam centesimam tibi
reddent. si vero scd̄m mandata dī
pauperibus feneretur. centuplū
restituet. insuper et eternam cōferet
vitam Quid ergo manis agere de
pecunia tua. centesimam ab homi=
nibus an centuplum recipe a deo.
immo qd̄ est super omnem pecuni
am. vitam eternam ꝑ misericordia
et immortalem beatitudinem con=
sequi. Uide ergo vbi magis velis
congregare fructus tuos Si in ter=
ra semines qn̄ feliciter decimū colli
ges. et hoc cum insto labore. cum
multis molestijs. in celo aūt seminā=
ti qua neq3 bubus. neq3 aratro neq3
colonis aut alijs huiuscemodi labo
ribus opus est Ibi non grando me
tuitur. non solis adustio non rubi=
go consumens nō locustarum exer
citus formidandus est. non vicini
prauitas. non potentis de predica
tio. non exactoris iniuria sed semi=
num tuorum seges tuta et illesa cō=
surget. afferens fructum immortali
tatis et leticie sempiterne fructum.
quem oculus non vidit. nec auris
audiuit. nec in cor hominis ascen=
dit. Quomodo ergo non extreme
ignauie est certa relinquere. et incer
tis adherere maiora deserere. ꝛ mi
nora sectari. tuta ꝛ tranquilla nō ex
equi. ꝑiculosis et fragilibus assid=
re Et que erit venia hec agentib9.
Que excusatio tam iniquo iudicio
viuentibus Quod si quis forte pau
perem se dicat. certus sum qd̄ quā=
uis ille sit pauper. non erit paupior
vidua illi que duo minuta sola ha=
bebat. et ipa obtulit deo Imitem̄
ergo et nos diuitias eius. diuitias
dico. non census sed mentis. nō pe
cunie. sed fidei. ꝛ magnanimitatem
eius sequamur. vt possimus et me=
ritis eius adiunari per graciam do
mini nostri ihesu christi. cum quo ē
deo patri cū spiritu sancto. gloria et
imperium in secula seculorum amē

Explicit Ome. de ieiunijs

Incipit Omelia de erudici one discipline


ERuditio discipline cu
stos est spei. et vinculū
fidei. et dux vie ad sa=
lutem ferentis. que fo
uet et nutrit animam
ad ꝑfectum sensuum. et spiritalium
magistra virtutum est. Ipsa igitur
in xp̄o manet semper. et indeficien
ter secundum deum viuit. ꝛ ad cele
stes repmissiones ꝑducit et ad diui
na premia facit ꝑuenire Hanc ergo
nos sectari oportet salutem. et auer
ti ab oī malitia. Dicit eni ī psalmo
spiritus sanctus Apprehendite di=
sciplinam ne quando irascatur do=
minus. et pereatis de via iusta. cū
exarserit in breui ira ei9 Et iterum
Peccatori autem dixit deus Qua
re tu enarras iusticias meas. et assu
mis testamentum meum ꝑ os tuū.
Tu vero odisti disciplinam. et ꝓieci
sti sermones meos post te Et iterū
legimus Qui abicit disciplinam in
felix ē Et salomonem ita nos admo
nentem accipimus Fili ne fias pusil
lanim9 neq3 deficias cū increparis

David

David

a domino Quem autem dominꝰ quem
diligit arguit. et castigat vt emen-
det. ac dirigat vias eius ꝓculdu-
bio fratres et maxime sacerdotes
non odiunt sed diligunt quos corri
piunt Ideo enī hoc faciunt. vt emē
dent quos arguunt. qm̄ et deꝰ ꝑ ie
remiam p̄dixit hec tp̄a nostra signi-
ficans et dicens Dabo ip̄is pasto-
res secundum cor meum. et pascent
eos pascentes cum disciplina Et q̄
dem cum sanctis scripturis frequē-
ter et fere vbiq̄ȝ discipline manda-
ta seruantur. et omne fundamentū
pietatis et fidei nostre ꝑ custodiam
mandatorum confirmatur. vt radi
cibus nostris fortiter cōplantatis ⁊
domibus nostris super petram fir-
miter fundatis. inconcussi ꝓcellis ⁊
fluctibus vite istius resistamus. et
ad diuina dona ꝑ obseruantiā mā
datorum eius. ꝑuenire possimus.
considerantes simul quia membra
nostra templum dei sunt Ab omni
bus ergo veteris vite inquinatio
nibus purgemur mundati lauacro
immortalitatis et vite. qm̄ qui tem
plum dei violauerit disperdet illū
deus Huius ergo viui et rationabi
lis templi nos sacerdotes et mini-
stri sumus. Et ideo seruiamus ei. sicē
beatissimi pauli sermo est in man-
datis eius ꝑ quem nos ad beatum
amorem celestis vite preceptis salu
taribus introduxit dicens Non eīm
estis vestri Empti eīm estis precio.
glorificate et portate deum in cor-
pore vestro. Ergo glorificemus et
portemus deum mundo et imacu
lato corpore. et conuersatione bo-
na et redempti sanguine xp̄i. in oī


obseruantia mandatorum redem-
ptori nostro pareamus. et studea-
mus nihil sordidum et immundū
dei inferre. ne quando ip̄e qui fecit
te indignans relinquat domum.
q̄m prius libenter habitabat. Hi
sermones viuificantes dei sunt qbꝰ
docemur simul et curamur ⁊ in me
moriam castigationis redimꝰ. vt d̄
cetero flagellari caueamus Ecce eī
inquit sanus factus es. noli vltra
peccare. ne quid tibi deterius cōtin
gat. Confirmat et acuit nos ad cu-
ram studium discipline. Propter
assequendam et obtinendam salu-
tem legem dat. vt postea quam red
diderit hominem sanitati nō sinat
eum in eadem reuolui propter que
fuerat infirmatus et neq̄ȝ resolui eū
in securitate sanatū neq̄ȝ euagari fi
ducia sanitatis ꝑmittit ꝓ ex qbꝰ eū
diligēter curauit ꝑ ea dē ipsa curato
homini vehemencius comminatur
q̄ȝ quidem minus est peccatū ei qui
peccat priusq̄ȝ agnoscat disciplinā
dn̄i nulla aūt uenia est peccāti post
agnicionē dn̄i nisi penitens reuer-
tatur. quia deus mortem non fecit
et non vult mortem morientis q̄n-
tum ut reuertatur et uiuat ne sit spi
ritus vadens et non reuertens. qᵒ
rum damnatio iusta est Hoc autē
omnes simul viri et mulieres pu-
eri et puelle. et omnis omnino etas
obseruent. solliciti sint ꝓ fide et pie-
tate. cuiꝰ vnusq̄sq̄ȝ debitor est deo.
neq̄n do hoc sanctum et mundum
quod misericors deus gratie sue do
no in nos conferre dignatus est. si-
ne cura et timore habentes amitta
mꝰ Ab hᵒ fratres dilectissimi ꝑiclo

consulens nobis dominus. ne quis
celans fratrem suum in laqueis mor
tis caderet. interrogantibus disci-
pulis quis in ipsis maior esset. q̃ mi-
nor inquit fuerit in omnibus vob.
ipse erit magnus. Ecce fratres vbi
p̄scidit omnē zelum r̄nsione sua. q̄r
omnem causam et substantiā inui-
die sustulit et abscidit Didicim⁹ vn
de possim⁹ placere. Unde et beat⁹
apl's paul⁹ ad hortās et docēs nos.
vt quicumq̄ illuminati sumus xp̄i
lumine. tenebras nocturne conuer
sacionis effugiamus. et in factis. et
opibus luminis ambulemus Nox
inquit precessit. dies aduenit. Ab-
iciamus opa tenebrarum. et indu-
amur arma lucis sicut in die decent
et honeste ambulemus. non in com
messationibus neq̄ ebrietatib⁹ ne-
q̄ cubilibus et lasciuijs non in rixa
et zelo Si autem discesserunt a pec
tore tuo tenebre et nox inde expul-
sa est Si illustrauit sensum tuū splē-
dor diei et homo lucis esse cepisti.
que bona sunt ihesu christi age q̄a
lux et dies christus est. Quid temet
ipsum mundi hui⁹ caligine rursus
innoluis. Quid ad diabolum cui
renunciasti reuerteris Quid cain si
milis efficeris Homicidij enim cri
mine reum teneri eum qui zelat et
oderit fratrem. iohannes apostol⁹
manifestat in epistola sua dicens.
Omnis qui odit fratrem suum ho
micida est. et scitis quia omnis
homicida non habet vitam eternā
Et iterum Qui dicit se in lumine eē
et fratrem suum odit. i tenebris am
bulat. ipso scelere cecatus. Uadit
enim nesciens in gehennam ignis.
et preceps fertur ad penam. seperat⁹
a lumine christi docentis et dicen-
tis Ego sum lux mundi huius. qui
sequitur me. non ambulat in tene-
bris. sed habebit lumen vite Seq̄t
autem christum qui insistit manda-
tis eius qui per uiam doctrine eius
ambulat. qui per vestigia et p̄ vias
eius currit. qui imitat̄ illa que chri-
stus fecit et docuit sic et petr⁹ apl's
suadet et precipit dicens Xp̄s pas-
sus est p̄ nobis relinquens nobis ex
emplum. vt sequamini vias eius. et
vestigijs eius ambulemus Memi-
nisse preterea et considerare debe-
mus quo nomine populum suum.
christus vocauit. qua appellatione
gregem suum nuncupauit. Oues
nominat. vt mansuetudo christi-
ana bouibus eq̄tur. Agnos vocat
vt agnorum simplicitatem castis in
nocentie sensibus emulemini Quid
ergo inuestitu ouium lupus latet.
Quid christianum se esse mentiens
gregem christi infamat Xp̄i eni no
men induisse. et puiam christi ambu
lare. quid aliud est. quā q̄d ip̄e do
cet. dicens. illum ad salutem venire
qui seruauerit mandata eius. et illū
esse sapientem edificatorem q̄ verba
eius audiat et faciat. et illum magi
strum maximum in regno celorum
appellandum qui faciat. et sic doce
at. docet eni hic ordo doctrine ma
gistri. vt primum ipse p̄ferat quod
docet esse faciendum Si enim vide
atur in actu eius quod p̄babile sit p̄
mptius recipitur quod predicat.
Adicit enim doctrine auctoritatem
bona vita doctoris. Unde frequen
ter discipulis suis dn̄s salutiferā et

celestem doctrinam annunciat. vt
que audiendo percipiunt agendo
custodiant Inprimis ergo obseruā
dum et custodiendum precipit vt
ea caritate qua ipse dilexit. nos in-
uicem diligamus Sic enim inquit
apostolus Firmum et in corruptū
caritatis vinculum custodiatis. Ad
iecit et dixit Caritas paciens est ca
ritas benigna est. caritas non emu-
latur. caritas non inflatur. docens vti
q; et ostendens illum posse caritatē
tenere qui sit longanimis et mund⁹
ab emulatione liuoris Et alio loco
item cum predicaret et doceret. vt
homo repletus gratia spiritus san
cti. et regenerationis celestis filius
dei factus nihil nisi spiritalia. 7 diui
na sectetur. ita dicit. et ego fratres
non potui vobis loqui vt spiritali-
bus sed vt puulis in christo. lac vos
potum dedi non escam. Nondum
enim poteratis. sed neq; adhuc po
testis Adhuc enim carnales estis.
Quando enim in vobis inuidie et
contentiones sunt nonne carnales
estis. et secundum hominem ambu
latis. Et rursum idē apl's pnidenē
et salubriter docens dicit Itaq; fra
tres debitores sumus non carni vt
secūdū carnē viuam⁹ Si eī sc'dm
carnem viuatis. moriemini Si aūt
spiritu facta carnis mortificetis. vi-
uetis Quodquod enim spiritu dei
aguntur In filii dī sunt Si ergo filij
dei esse cepimus accipientes spi-
ritum sanctum sancte et spiritaliter
viuamus. Si de terra in celum ocu
los eleuauimus si ad excelsa et diui
na repletum deo et xpo pectus ere
ximus. digna deo et christo agam⁹
sicut et apl's exhortatur et dicit Si
ergo cum christo resurrexistis. que
sursum sunt querite. vbi chri-
stus est indextera dei. que sursum
sunt sapite non que sup terrā Mor
tui enim estis. et vita vestra abscon
dita est in christo Cum christus ap-
paruerit vita vestra. tunc et vos ap
parebitis cum ipo in gloria Deus
castitatē t'ris etei¦ē oīs casta eccl'a vi ro q̄ppe ei⁹ x° crucifixo ⁊ icel'a adxt̄ am patris sedente alteri viro · non commiscet̄ sed ipsum desiderat ip̄ȝ expectat ⁊ d̄sidio ei⁹ cō mori cup̄ſȝ ne forte vidāʳ k̄mi scp̄t̄e auctoritatē egredi t̄turē nōinā° v̄a ipi⁹ scripte v̄ba texā⁹ testat̄ nāqȝ beat⁹ dᵈ ⁊ dit eteni passer inet sibi domū ⁊ t̄tur ni dū vbi repōat pull⁹ suos vidā⁹ g° quē dit passerē vt e° arbitror hōieȝ it̄gi volutaia nāqȝ nr̄ sic passer ere pta ē d̄laq̄o venātū qd̄ ⁊ d̄n̄sidip̄ȝ volēs oñd̄re discil' suis q̄ntū alios scite p̄cellerēt dit eis nolite tiere ml' t̄ passerib⁹ meliores est̄ vos p̄p̄tª ⁊ salomō p̄clamat dicēs vt euadas sic dāmula excassib⁹ ⁊ sic auis alaq̄o sil'e ē regm celoꝝ grāo siapis qd̄ ac cipiēs hō seīnat i agro suo · qd̄ q̄dē mime oib⁹semib⁹ q̄n āt creuert ma i⁹ efficit̄ vniuersis holerib⁹ ⁊ fit ar bor ita vt veniāt volatiª celi ⁊ sedāt i rāis ei⁹ nā ⁊ h° inumeral'e hōiȝ ge n⁹ volatilib⁹coeq̄uit etei passer inet sibi dom ⁊ t̄tur nidū sibi vbi repōat pullos suos t̄turi ɔpat oēȝ castā ecclaȝ p̄p̄t ml'tiplicē sapiēegraȝ et q̄a v̄ū ē qd̄ dicim⁹ audi dᵈ loq̄ntē ois gl'a fiᵉ regis abit⁹ ifibriȷs aureis cir cūamicta varietᵉ etem̄ passer inet si bi dom et turt̄ nidū sibi vbi repōat pullos suos h° ɔfessiōe trophei cru c̄ enutriēs illūinatos filios suos h⁹ turt̄is ieremias m̄tiōȝ fat dicēs turt̄ ⁊ hirūdo ⁊ cicada agri passeres cog nouerūt tp̄⁹ aduēt⁹ sui t̄turē dit oēȝ castā eccl'aȝ hirūdieȝ v̄o iohānē ho ieȝ amatorē cicadā aut eloq̄ntissim paulū eccl'e organū d̄ itª nāqȝ t̄ture p̄cept abrahe d̄⁹ dicēs. accipe mihi vaccā trimā. ⁊ arietē trimū ⁊ caprā

trimā turt̄ē ⁊ colūbā h⁹ t̄turis me mit scripta incātico cāticoꝝ dicens vox t̄turis audita ē itra nr̄a vox tur tis h⁹ celestē xp̄i nob̄ verni tp̄is sig nificat aduētū vox t̄turis audita ē i tra nr̄a audiā⁹ igit̄ h⁹ t̄turis vocē mellcā d̄cātātē nigra sū idq̄ ⁊ speciosª filie iersl'm nigra p̄p̄t̄ porē p̄uaricati oēȝ speciosa p̄p̄t̄ celebrē peitētiā ni gra p̄p̄t̄ luctū ruie speciosa p̄p̄t̄ splē dorē baptismi gl'iosū nigra sū ⁊ spe ciosa fiᵉ iersl'm filias iersl'm scās patꝝ aias dit nigra sū ⁊ speciosa ex gētib⁹ eccl'a ne ɔsid̄retis me vos aie scē ne aspiciatis ime q̄m e° nigerria sū q̄m d̄spexit me sol p̄p̄t̄ pora mea d̄licta ⁊ q̄s ē sol q̄ eā d̄spext videā⁹ ie nimi rū d̄ q° eccl'astes dit¦orit̄ sol ⁊ occidt sol ⁊ ad locū suū reuertit̄ ort⁹ ē nob̄ sol iustie xp̄c de scā maria scd̄m car nē genit⁹ oriēs q̄ppe nom̄ ē illi occi dit vero q̄n p⁹ crucē adiferna d̄scē dit orit̄ sol ⁊ occidit sol ⁊ adlocū suū reuertit̄ ipo dicēte cū exaltat⁹ fuero vniuersos trahā ad me de h° sole iu stie ⁊ esayas p̄nūtiat dicēs i dieb⁹ ill' oriet̄ sol iustie ⁊ sanitas erit ipēnis e⁹ veniēte ei sole iustie x° adtactū fim bríe vestim̄ti ei⁹ fōs p̄fluuy sangui nis exsiccat⁹ ē nigra sū ⁊ speciosa fiᵉ iersl'm siq̄ hic peccatis aia denigrata ē ne timeat t̄m̄m° penitētiā agat ⁊ di cat nigra sū e° ⁊ decora ⁊ si inouissi mo sp̄ū ē ⁊ vt ita dicā si extremo ha bitu positus ne formidet. tantum cum fletu peniteat. et compuncto cōfiteat̄ corde adue sp̄ū ei demora bit̄ fletus et ad mattutinum leticia Imitare itaqȝ ezechiam regem qui egrotatione cūstrict⁹ ⁊ lectulo decū bens audiuit scm̄ esayam dicentē

sibi dispōe dom̄ tuā qr morieris tu τ n̄ vives. ɔuēsꝰ ad pietē amarit fleut τ pcibꝰ suis penitēs dn̄ ad miaȝ ꝓuocat τ xv ad vitā ānoꝝ tpꝰ ilico a dō ꝓmeruit. siqs ē hic cathicominꝰ. ɔfitea͛ pctā sua accedat ad dn̄ baptizeẜ i noie xpi lauacro aq̄ regenéa cōis ablutꝰ adoptabit͛ i fiº di siqs ē hic fidl' ꝑ negligētiā pcōꝝ effectꝰ na tali lacrimaꝝ fōte abluat semetipȝ τ ꝑ bonā penitētie ɔfessionē ꝓuocet imo inuitȝ miaȝ di si sic temetipȝ ad ornaueris si sic aiaȝ tuā ad penitētiā ꝑparaueris τ ɔtēptā reddideris si correptiōibꝰ iustis fueris dlectatꝰ ā plectit͛ te ꝭmo diuiꝰ. τ isl̄āmabit mētē tuā τ ad dsideriū te attrahᵗ di τ tc dices τ tu ve mihi ve mihi vulneta carite eº sū lege esaiā τ iipo iuenies qūo ipa sagitta loq͛ posuᵗ idt me sic sagittā electā ds vbū diᵗ τ ipharea corpis abscōdᵗ me ita sagiª vulnera tꝰ iereias dicebat ad eū eº āt n̄ laboui sed post te. τ diē hūanū n̄ cōcupiui ita sagitta vulneratꝰ m̄te daꝰ dicebat adhesit aia mea post te me āt suscepᵗ dextā tua ita sagitta vulneratꝰ petrꝰ dicebat xpo dn̄e tu nosti qm̄ diligo te ita sagitta vulneratꝰ paulꝰ τ cōuiculatꝰ xp̄o dicebat qs nos sepabᵗ τ carite xp̄i ita sagitta vulnerata ois casta ecclesia dicebat ve mihi ve mihi vulnerta caritatis eº sū o gēi tꝰ d meº cordis amabil' bōitatis pullulās fōtes o gēitꝰ celeste spōsū xpȝ ad semetipȝ adducēs ꝓpt͛ea diᵗ osculeẜ me ab osculo oris sui. despōsata sū celesti spōso ꝑ legē τ ꝓphetas eº eccl'aȝ ex gētibꝰ n̄ iā volo ꝑ moysen τ esayā aut ꝑ iereīā τ ceteros vates sȝ ipe vēiat cū ipo volo ore ad os loq̄

ipe veniat τ osculeẜ me ab oscl'o oris sui audio ieremiā dicētē d ipo grauue cor eiꝰ ꝑ oibꝰ τ hō ē τ qs cognosȝ eū ipȝ dsido veniat τ osculeẜ me ab osculo oris sui audio amos dicētē d eo ecce hō stās sup muꝝ ad amātiū τ imanu eiꝰ adamas ipȝ q̄ro. veniat τ osculeẜ me ab osculo oris sui. et sic cōiūx amatrix viri absēte marito suo ꝑ fenestras circūspit ipȝ redrēs τ vbiq͛ speculās i mari τ itra τ si vidrit nauē veniētē ibi suū putat eē virū τ si vidrit viatores ꝓcul veniēs it ipos ad eē existiat τ occurrēs eis it rogat dicēs dite mihi vbi eū dimisistis iq̄ regiōe aut iq̄ ciuite qd dicētē aut qd faciētē aut qn̄ veniētē i hūc mdū ois scā eccl'a ɔstricta amore xi itrogat ꝓphes vidistis eū putas vet putas n̄ vet putas adhuc i cel' ē putas ad huc nonagita τ nouē oues q̄ n̄ erraueruāt pascit i cel' τ n̄ venit ad erroneū quē Dicite mihi vbi pascit vbi cubat quē dilexit aia mea. itrogati ꝓphete ꝑ unū r̄ndēs esayā dicūt vidimꝰ eū si tn̄ ipȝ expectas sic dē vidimꝰ eū τ n̄ habebat spēȝ neq͛ decorē sȝ visio eiꝰ i honorabil' et miorata ꝑ filys hoim r̄ndᵗ ois casta eccl'a ipe ē ipm dsiderio ipm q̄ro veniat τ osculeẜ me ab osculo oris sui r̄ndit ad eā esayas ipe ē veniet cū dnatiōe ecce merces eiꝰ cū eo τ opa i cōspeu eiꝰ sic pastor cōgregat gregē suū τ i manu sua cōgregabᵗ agnos. τ i uto būtes cōsolabit͛ audiens hc omnis casta ecclesia quod māifeste de eo narrauerit esayas. dicit ad eum Vbi pascit et vbi cubat. quē dilexit anima mea. Mittit eam ad iohannem. vade inquit intēroga eū

q̄ ipe ē p̄cursor ei⁹ ⁊ vox clamātis i
d̄ſto pās viā dn̄i ⁊ dirigēs ſemitas
ei⁹ pgt ad iohm̄ i d̄ſto. dito iqt mi
bi ſi tu es xp̄s rn̄dt iohānes n̄ ſū eo
xp̄c denuo īterogat ſi tu n̄ es xp̄c q̄re
baptizas rn̄dit ie. eo q̄ d̄ē xp̄c n̄ ſū ſʒ
poſt me veniet q̄ fortior me ē. cui⁹ n̄
ſū dign⁹ corrigiā calciamn̄ti ſoluere ⁊
ad huc tardāte eo dit ad eū ve mihi
vulnerta caritat̄ eo ſū. ⁊ itū dit iohā
nes ad eā ſuſtine paulisp noli igemi
ſcere expecta iāiāq̄ʒ veniet eo im tibi
oñdā vidʒ iohānes emin⁹ veniēt̄e
dn̄ʒ. ⁊ dit ad eā iā noli triſtari ncige
miſcas q̄ vet ecce agn⁹ d̄i ecce q̄ tol
lit pctm̄ mdi. ⁊ cū audiſſʒ agnū ab
iohāne ⁊ paſtorem ab eſaya heſitat
et putat dicens ad ſemetipſam cui
credā putas huic aut eſaye. videt
dn̄s qm̄ dubitat clāat ⁊ dit eo ſū pa
ſtor bon⁹. ⁊ vo ſmōe ſolt oēʒ heſita
cōʒ ei⁹ accedt ia ad ſpōſū āplectit̄ ⁊
oſculat̄ eū ⁊ ɔplet̄ qd̄ i dad ſcp̄tū eſt
mia ⁊ veris obuiauerūt ſibi iuſtia ⁊
pax oſculate ſūt ſe Ut āt manifeſti⁹
addiſcam⁹ qm̄ ſpōſa ſpōſo ɔiūcta ē
⁊ ſpiritales facte ſūt nuptē ipe iohā
nes epitalāiū dit q̄ hʒ ſpōſā ſpōſ⁹ ē
amic⁹ āt ſpōſi q̄ ſtat ⁊ audt vocē ei⁹
gaudio gaudʒ ꝓpt̄ vocē ſpōſi im oʒ
creſcere me āt minui neceſſe iqt erat
ſic in nuptys dotlia ſcribi ſpōſe carta
q̄rebat̄ ⁊ ſcriptor ⁊ calā⁹ dicit ſpc ſc⁹
ad eſayā accipe tu calamū nouū et
grādē ⁊ ſcribe ico q̄rebat̄ calam⁹ inē
t⁹ ē apd dd dit ei d̄ eo liua mea calā⁹
ſcribe velocit̄ ſcribēt̄ ſpecioſ⁹ fora
p̄filys hōiʒ ipe eā d̄ſpōſat ipa eā ad
ornat ipe eā hortat̄ ⁊ docet ſic mos
ē doceri hoib⁹ a pnub audi filia et
vid̄ ⁊ iclia aurē tuā ⁊ obliuiſcere po

plʒ tuū ⁊ domū pr̄ tui ho ē diaboli
cui pri⁹ ſuiebas varys d̄ſiderys et
voluptatib⁹ irretita ne ſpereſiqt q̄
ſimil̄ tui ē qm̄ ſit tui eſt qm̄ dignat⁹
ē ɔiūgi tibi qd̄ ſi temetip̄m cōſidera
uer̄ vn̄ q̄ vener̄ ɔcupiſcet rex d̄corē
tuū qm̄ ipe ē dn̄s d̄⁹ tu⁹ ⁊ adora eū
Si me audier̄ filia vultū tuū d̄p̄ca
būt̄ diuites pleb neceſſariū quippe
erat etiā q̄ abuno cp̄ offerebant̄ ſcri
bi. ſuos videlicet ⁊ ācillas. ⁊ a xp̄o
q̄ d̄ē ſu⁹ veniet paul⁹ ⁊ ſilican⁹ ⁊ ti
motheus ſerui ihū chriſti Expetūt̄
et ab ipſa ancille tranſit dauid ⁊ di
cit. adducentur regi virgines poſt
eam proxime eius afferentur tibi. fi
unt igitur nuptie. Uenit dominus
myſtice in cana gallilee Chana inter
pretatur poſſeſſio Poſſeſſio autem
dei omne ſeculum eſt Hic iam ſpiri
tales celebrat nuptias hoc eſt cha
na gallilee. Et conueniunt omnes
ſancti. et vnuſquiſq̄ʒ ſecundum vi
res ſuas dona offerunt ſponſo abra
ham offert vitulum ſara panes ſimi
latios. iſaac ligna portat. iacob
hedos defert. ioſeph frumenta de
ſpergit moyſes lampadam accen
dit. eſayas canit dauid chorum du
cit Et quia neceſſe erat ad tales nu
ptias et ſanctas intereſſe mulieres.
et ipſas quoq̄ʒ congratulari et cane
re Uenit iudith compoſita et heſter
et maria ſoror moyſi tenens tympa
num et dicens Cantemus domino
glorioſe enim honorificatus eſt Ne
ceſſe etiam erat vt in talib⁹ nuptys
laudes. et p̄conia ſcriberentur pau
l⁹ collaudās nuptias dicit honora
biles nuptie ⁊ cubile īmaculatū ⁊ q̄
miſticum erat quod dicebat. audi

queadmodū verba a deī ēptaē di-
cēs ppē hoc reliqt hō prēȝ ꝛ mrēȝ ꝛ
adherebt vxori sue ꝛ erūt duo i car
ne vna mistiū hᵒ grād ē eᵒ āt dico i xpo
ꝛ i eccl'a. qd gᵒ ē ie iēptatᵒ ē nos du
bitaē ñ ꝯuet. ſȝ oremᵒ dm vt ꝛ nos
gl'aȝ ipiᵒ videre mereamʳ i xpo ihū
dño nro cū qᵒ ē do pri vᵃ cū ſcō ſpi
ritu honor gl'a ꝛ ptās pimortaᵃ ſe ſe

Explicit de turture. Sermo quando ipse S Jo. de asia regressus est constantinopoli.

Moyses magnᵒ ille di fa
mulᵒ capᵗ ꝑphetarū.
maris viator. aerē agi
tator mīſe appator. q
agenice piectᵒ ē. ꝛ ab i
pugnatrice saluatᵒ gēuᵗ qdē eū mr
abstulit āt eū egyptia ꝛ enutritᵗ ꝛ q
i egypto nutriebaē i cel' ꝯuēſabaē q
tm ac tl'e ſtatuit trophēū iſte tal' ac
tātᵒ vt xxxx dies reliqret ppl'm iuetᵗ
eū idola fabricātē. ꝛ ſeditiōes ꝯmo
uētē. eᵒ āt ñ qdragīta dies tm. ſȝ et
dnqgīta ꝛ cētū ꝛ āpliᵒ. ꝛ ineni vos
letāˢ ꝛ philozophāˢ. ꝛ i di timore
pſeuerāˢ nūqd cᵒ moyſe aᶜʳ ſū Ab
ſit. hᵒ ei dicere extreme dmētie ē ſȝ qꝛ
ppl's iᵗᵉ iᵒ ppl'o ſblimior ꝑpfea ꝛ ie
d mōte dſcēdēs i crepabat aarō ob
ſeditōȝ ppl'i ꝛ iraſcēs i uehebaē i eū
cur aqeuerit volūᵗⁱ coꝝ eᵒ āt adue
niēs pconia vrā ꝛ coronas ꝯtexam
Vbi eni pnaricatō. ibi reatᵒ ſbſeqē
necesse ē ꝛ obiurgatō. vbi āt corre-
ctō ibi laudes ꝛ pconia ꝛ corone iō
qȝ ꝛ ſi āpliori tpe dmoratᵒ ſum foraſ.
ñ me penitet qꝛ ꝯfidbā d vrē carita
tis affectu. ꝛ itegritate fidi. ſciebā ei
vxorē mihi dſpōſatā caſtiᵗᵉ cē muni

tam sicut in seculari coniugio aſſo-
let euenire etem̄ vir qñ ipudicā vxo
rē habere ſe nouit nᶜ ꝑſpicere ei de
domo ꝑmittit. q ꝛ ſi ꝑegrinari ali-
qñ coactᵒ fuerit cogiē cito reuerti q
ſi quodā ſuſpiciōis aculeo ſtimula-
tᵒ. q āt ſobriā ꝛ caſtā habȝ foras ſe-
curᵒ moraē ſufficiēˢ ꝑcuratoꝝ mu
nimine mores reliquēs vxoris hoc
eᵒ ꝛ moyſes paſſi ſumᵒ. ille qdē qꝛ i
emēdabilē ſynagogā habebat vxorē
reliqt eā ꝛ fornicata ē. ꝛ cō pellit eū
deᵒ dicēs exurge deſcēde ipie enim
fecit ppl's tuᵒ. Sed ego nl'laȝ hmōi
iuſſionem accepi Et cū paululū mi
hi infirmitas corporis accidiſſet. ñ
me inquietauit veſtra abſentia ſȝ ſecu
rus de uobis egrotationis mee. ex-
pectaui medelā Nō em̄ opus ha-
bēt ſani medicum ſed q male habēt
Nā ꝛ ſi tardaui paurūp a uobis. ñ
hoc ad detrimētū vrī ſȝ ad diuitias
puto ꝑficere veſtras Que em̄ ꝑ me
immo magis ꝑ grāȝ di correcta ſūt
vra corona ē veſter ꝑfectᵒ ē. Et ido
gaudio et tribudio ꝛ tāqȝ volitare
me credo. et gaudy huiᵒ magnitu-
nē effari nō queo Quid ergo faciā.
quomodo indicabo exultationē mē
tis mee In teſtimoniū voco cōſciēti
am veſtrā qm̄ video exaduētu meo
gaudio eſſe replerā Quod gaudiū
corona. et laus mea eſt. Si eni mea
vnius viri preſentia. tantam plebē
tali repleuit voluntate. quantum
putatis mihi ex uiſione veſtra gau-
dium cumulatum Et iacob quidē
vᵐ filiū vidēs ioſeph gaudbat ſenex
ꝛ recreabaē ſpū Eᵒ āt ñ vnū ioſeph
ſed omnes vos ſimiles illi video et
gaudeo. qꝛ paradyſum meū recepi

illi paradyso meliorē. ⁊ ibi q̄dē ꝑpens
erat īsidias. hic āt xp̄c misteria cele=
brās. ibi eua erat seducēs. hic āt ē co
ronās eccl'a ibi adā seducebat̄ hic āt
ppl's adheret d'o ibi arbores diuer=
se hic āt d'oatiōes varie i paradyso ar
bores marcescēs i eccl'a arbores fru
ctificās. i io paradyso vmq̄dq̄ȝ gn̄9 sem
te i suo pseuerat statu. i ito v'o parady
so si inuenero labruscā vitē vbē efficiā
si inuenero oleastrū v'ā oliuā efficiā ta
lis etem̄ ē fre isti9 natā ꝑpt̄ hc gau=
d'o p̄mitto satefactiōȝ. q̄uō v'o nos
ab duxt tāti tp̄is lōgido suscipite sa
tefactiōȝ meā kmi. si ꝑuū alicubi di
rigate nō reuertētē exigite cās vbi
morat9 sit. vbi tm̄ expēderet tp̄is. ⁊
eo ꝑu9 sū vr̄e caritate emisse ei me n̄
pecuniā ꝯsitēs. s3 caritatē ōn̄dēs.
Gaudeo q̄ppe tli ꝑuitō mācipat9 nc
vnq̄ȝ ho famulatu opto me solui et
ei istud ꝑuitiū mihi libtate elegāti9
istud ꝑuitiū i io tribunal btm̄ collo=
cauit mihi sedē istud ꝑuitiū n̄ ē ne=
cessitatis s3 volūtatis. q̄s em̄ n̄ libē
tissime ꝑuiat dilectiōi vr̄e tā elegāte
simis amatorib9 q̄d ⁊ si lapideā ha
berē aiaȝ cera fecissetis molliorē q̄d
dicā desiderio vr̄o ⁊ fauori quē hest
na ōn̄disti die q̄uō voces vr̄e cū gau
dio celū penetrarūt ip̄m scificās ae=
rē. ciuitatē fecisse eccl'aȝ honorabat
eo. ⁊ d's glificabat̄ Heretici ꝯfunde
bāt̄. eccl'a vero corōabat̄ q2 magna
leticia ē mr̄i cū exultāt filij Et grāde
gaudiū pastori cū exultāt agni gre=
gis. veni ad gaudia virtutū vr̄az.
audiui q2 cū hereticis colluctati este
⁊ q̄ iiq̄ egerūt. ibaptismo redargui
stis nūq̄d icastū dicebā q̄m casta vx
or absēte viro repellt adulteros absēte
pastore abigit lupos. sine gubnato
re naute saluauerūt nauē sine duce
milites victoriā reportauerūt. sine
doctore discipuli ꝑfecerūt sine p̄re
filij roborati sunt immo magis nō
sine patre Vester em̄ ꝑfect9 meum
gaudiū v r̄a glorificatō mea coron
ē Sȝ desiderabam9 inq̄t tecū facere
pasca Satisfacio dilectiōi vr̄e q̄ ppe
cum iam iracundiam vestro dissol=
ueritis aspectu nam si pater ꝓdigū
suscipiens filium. statim reconcilia=
uit. neq̄ȝ penas exegit ab eo. sed ili=
co amplex9 est multo magis filij pa=
trem suscipientes Sed tamen et ad
hoc respondeo. pasca mecum in uo
tis facere habebatis Nemo ꝓhibet
hodie vos mecum facere pasca. sed
forsitan dicetis Nunquid duo pa=
sca facturi sumus Non sed vnum ⁊
ipsum multipliciter Sicut enim se=
per sol exoritur. et non dicimus mul
tos soles. sed est sol cotidie oriens.
sic et pasca semper consummatur.
et cum semper celebretur vnum est
solemnitatis nostre Judeorum simi
les non sum9 non seruim9 loco nec
subditi sumus necessitati tp̄is dn̄i
ca voce firmati Quocienscūq̄ȝ iq̄t mā
ducaueritis panē istū ⁊ hūc bibitis
calicē. mortē dn̄i ānūciatis Anūtia
m9 nāq̄ȝ hodie mortē xp̄i. s3 tūc q̄dē
festiuitas. ⁊ hodie festiuitas. vbi eni
caritas gaudet. ibi ē festiuitas ⁊ vbi
recepi letātes filios. maximā celebro
festiuitatē. Eteni ⁊ illa festiuitas. ca
ritas ē Sic em̄ inq̄t de9 dilexit mū=
dū. vt filiū suū vnigenitū daret ꝓeo
s3 m'lti iq̄t te absente baptizati sunt
Et q̄d ho nil' min9 h3 gr̄a nō claudi
cat donum dei. presente me bapti=

zati non sunt. sz pñte xp̄o sunt ba-
ptizati. Nũquid hō est q̄ baptizat
Nō dexterã porrigit. sz de⁹ manũ
gubernat Noli de gr̄a dubitare ka
rissime. qz donũ dei est. Attēde dili
genter q̄ dicunt. si forte tibi ꝑ aliq̄
cā sacra explicãda ē cũ obtuleris p̄-
ces. ⁊ subscriptã accepis sacrã nō re
q̄ris quali calamo subscripserit rex.
neqȝ Inquali carcha neqȝ quali q̄d
a trañito. sz vnũ solũmodo queris
si rex subscripsit. sic et in baptismo
carcha cõsciētia ē. calam⁹ lingua sa
cerdotis man⁹ gr̄a est spirit⁹ sancti
Siue ergo ꝑ me. siue ꝑ illũ qui offi-
cio fungit̄ sacerdotis. ip̄a man⁹ scri
bit. nos ministri sum⁹ nō auctores.
Et paul⁹ minister est. Sic em̄ inq̄t
estimet nos hō tãq̄ȝ ministros xp̄i.
et dispensatores misterioꝝ dei. q̄d
em̄ habes q̄d nō accepisti Si quid
habeo accepi Si aũt accepi. nō meũ
sz ei⁹ q̄ dedit donũ ē. Noli g° dubi
tare km̄e. gratia em̄ dei ꝑfecta est.
loc⁹ non ꝓhibet. siue hic baptizeris
siue i naui siue i itinere. Philippus
baptizauit in via. paulus in vincu
lis. christ⁹ in cruce latronem exuul-
nere. et statim paradysi meruit ia-
nuam reserare Propt̄ hec gaudeo
et exulto et orationes vestras exigo
cũ q̄b⁹ ad asiã ꝑ rexi. cũ q̄bus reuer
sus sum. cũ q̄b⁹ pelagũ trãsfretaui.
⁊ adiuc⁹ vestris oratiōib⁹ felicit̄ na-
uigaui. nec em̄ i naui citra vos in
gressus sum nec exiui citra vos. nō
in ciuitate citra vos. aut in ecclesia
sine vobis. sed auulsus quidem erã
in corpore conexus aũt caritate. Vi
debam nanq̄ȝ ecclesiam vestram. et
in pelago et in exultatione gaude-

bam. Tale em̄ quid significat cari-
tas que nescit angustiari. intrabam
in ecclesia astabam altari orationis
offerebam. ⁊ dicebam. Dn̄e cõ tua
ecclesiam quã mihi tradidisti Ego
q̄d ē corpore absens sum. sz tua mi-
sericordia p̄sens est. que me illuc ꝑ
duxit. ⁊ plus q̄m merebar cõcessit.
Et qz amplificauit. multitudo testa
tur p̄sentium Florere video vineã.
⁊ nusq̄ȝ spine. neqȝ sentũ vlla vesti-
gia Exultant oues. et nusq̄ȝ lupus
Quod si etiam alicubi reptus fue-
rit. demutatur ⁊ fit ouis Tanta em̄
vestra est fides. et caritas. vt emula
tione vestra ceteros prouocetis. Ip
se dominus vos conseruauit. et ipse
me reduxit. et in infirmitate positus
orationum vestrarum sensi auxiliũ.
quas mihi cottidie i sufragium po
stulo Peregrinatio mea coronauit
ciuitatem vestram Et quia dilige-
batis ex initio. nunc omnibus ma-
nifestum est. Sic enim me absente
tamq̄ȝ presentem habuistis Nã in
asia cum essem ad corrigendas ec-
clesias. hinc illo venientes nuncia-
bant nobis dicentes Inflammastis
ciuitatem. Et certe caritas tem-
pore solet marcescere. vestra autem
dilectio cotidie augmentabatur
Et quem ita absentem diligebatis
presentem credo quod melius ame
tis. Iste meus thesaurus. he sunt
mee diuitie. Et ideo vestras ora-
tiones requiro. Orationes vestre
murus michi ⁊ munimen sunt No
li dicere ego languidus sum. Quo
modo potero pro sacerdote orare.
Audi scripturam dicentem Oratio
ãt fiebat ɔtinua. ⁊ ecclesiastica ora

tio soluit vincula petri. et pauli di-
latauit pdictionis fiduciam Oratō
caminū ignis extinxit. oratio cōclu-
sit ora leonum oratio sedicionē cō-
pescuit oratio paradysum apuit.
oratio celi cardines reserauit. oratō
sterilem fecundauit. oratio cornelij
celos penetrauit oratio publicanū
iustificauit Tale a vobis munimen
exquiro. talem gratiā postulo ꝛ de⁹
glorie suscipiens oratiōes vr̄as. det
mihi in aptionē oris mei sermonē.
quo possim creditū mihi ppl'm in-
struere ad salutē p xpm̄ dn̄m nr̄m
cū quo ē deo pr̄i cum spū scō honor
gl'a ꝛ potestas in secula seculoꝝ Am̄


Explicit de reuersione eius ex asia. Incipit Omelia post reditum prioris exilij.



Uid dicā qd loquar.
Benedict⁹ de⁹ Nunc
egrediēs. dixi smonē
hūc ikaui reuertēs. et
illic ɔstitut⁹. hūc i ore
volnebam Puto vos meminisse cū
an̄ hoc btm̄ iob adduxissē i mediū
dicētē sit nomen domini benedictū
Hanc vobis historiā dereliqui has
graꝝ actiones. iterabo regressus.
Sit nom̄ dn̄i bn̄dictū in secula. Di
uerse rerū cause. s3 vna glorificatio.
et cū expellebar bn̄dicebā. ꝛ reuers⁹
iterum bn̄dico Et si varie qdē cāe.
sed vna diffinitō Sup hiemē ꝛ esta
tē vnus ē finis Culture vertilitas sb
sequēs cāpi Benedict⁹ d⁹ q cōces-
sit exire bn̄dict⁹ de⁹ q redire pcepit
Benedict⁹ de⁹ q pmisit hiemem
benedictus deus qui dissoluit hie-
mē. ꝛ fecit trāqllitatē Hec dico ad
monens vos vt semp bn̄dicatis Si
euenerint mala benedicite. ꝛ dissol
uentur mala. Si psp̄era venerint.
benedicite. et pseuerant psp̄era Si
quidem iob cum in psperis esset.
benedicebat. et cum pauper esset ef
fectus. glorificabat. Neq3 tunc in
gratus fuit. neq3 postea blasphema
uit Diuersa qdem tempora. s3 vna
voluntas gubernatoris actū Nec
tranquillitas resoluit. Nec tem-
pestas hiemis demergit Benedict⁹
deus et cum a uobis sum segregat⁹
ꝛ cū iterū recepi vos Inutrūq3 dei
prouidentia ē. Seperatus a nobis
corpore. sed anima non sum a vo-
bis diuisus Et ex vestro affectu me
um metimini animum. Et quid di
cam. Non sum separatus a uobis
sed magis accensus sum desiderio
vestri Quod etiam de uobis confi-
do nichil nobis nocuere insidie. ni-
hil lesit inuidia. sed magis augmen
tum prestitit caritati. et multiplica-
uit discipuloꝝ numerum Ante hoc
enim diligebar a meis. nunc vero
honorificabor a iudeis Sperabant
me a meis filijs separare. sed magis
michi extraneos adiunxerunt. Nō
illis agam gratias. sed dei misericor
die gloriam referam. qui conatus
illorum malos in melius commu-
tauit. Nam et iudei crucifixerunt
christum. et illius morte huma-
num saluatum est genus. Non illis
grē. s3 crucifixo Considerēt qd boni
pugna eoꝝ pstitit. insidie eoꝝ qlem
nobis leticiam prepararunt An̄
hoc quidem ecclesia repellebatur.
sed nūc et in plateis eccl'e facte sunt

Et vnanimes et coniuncti psallētes dei in nos puocatis aspectū. voces vestre celi secreta penetrarūt vt ois etas vestras psalmodias miraretur attenta. Cursus equoꝝ hodie. et pauci Illac immo cuncti in ecclesia quasi torrens qdam ac fluuius vr̄a facta est multitudo. Voces vestre eleuantur ad celum. amorem q ad patrem est ostendentes Orationes vestre meum coronauerūt caput. Oratio omni monili pclarior. viri et mulieris. In christo eni ihū nō masculus neqȝ femina Qualiter enarrem potentias domini. aut mirabilia eius recenseam. Videtis qa qd dico verum est Qm̄ si quis temptationem viriliter tulerit. magnum ex ipsa vindemiat fructum. Ideo vos ad ap̄los inuitaui. vt ad eos qui aliquando psecutionem passi fuerant veniremus Et nos quidē insidias passi. illi vero impugnati Sed inimici illis nihil nocuerunt. quia isti orbem terraꝝ lucrauerūt Veniam⁹ ad sancta corpora. q christi stigmata portauerunt. Veniam⁹ ad timotheum nouum. paulum et andreā. alterū petrū. Credimus iuuari nos illoꝝ meritis. Si virilem animum geris. non timeas temptationes. Omnes sancti p ista transierūt Mł'ta tribulatio corporum. sed maius refrigerium animarū. Prestet vos dominus semp augeri. et celebres conuentus agere. Gl'a quippe pastoris ē ouiū mł'titudo qd faciā. qd loquar incultum vbi seminem. non habeo agrum. Extensa est ppago vitiū. pfectum ē templū. et pmultitudine piscium rumpunt retia mea Quid faciam laborandi locū non habeo. Gaudendi habeo tempus et ideo loquor. non quia indigetis doctrinam. sȝ vt meam voluntatem vobis ostendam. vbiqȝ spice comāt Tāte oues et nusqȝ lupus. tot spice et nusqȝ lolium. tante vinee. et nusqȝ vulpes. Vbi nunc latent lupi. quo abierunt vulpes. que eos psecuti sunt O rem inauditā. Pastor quiescit. et oues lupoꝝ rabiem abegerunt. insidias vulpium opresserunt. O ouium sapientia. o filioꝝ affectus. o discipuloꝝ caritas. o pulchritudo spōse absente viro abegit adulteros. ostense sunt ei⁹ diuitie. apparuit pulchritudo. Latrones confusi. ierunt. et aufugerūt Dicito mihi quomodo psecuti sunt lupos quomodo pepulisti latrones Frequēti inquit oratione ad deum Quomodo despexisti adulteros. Continuis inquit lacrimis. et dsiderio veri Non accepi arma. non sumsi lanceas. non arripui scutum Solūmō ostendi eis pulchritudinē meam q pspecta vulnerati fugerunt. Vbi nunc illi Proculdubio inconfusiōe Vbi nos. in leticia Vbi nunc illi. cōscientie sue malo tabescunt Vbi vos nos in magna exultatiōe glorificamus deum Quid dicam Quid loquar Adiciat dominus sup nos et super filios vestros. et alleuet dominus vultum suum et misereatur vestri. In christo ihesu domino nostro cum quo est cum deo patri et et spiritu sancto honor gloria et potestas per immortalia secula seculorum Amen.

Explicit de regressu prioris exilij Incipit Omelia eiusdem de fide in christo.



SI credis qd deus erat verbum scdm euangeliste testimonium. crede quia hoc verbum caro factum est. hoc est homo factum est ita vt in conuertibilis deitas pmaneret. Deus enim in conuertibilis est quem nulla substantia capiat. cum ipe sit omniu capax no habens neqz augmentum dierum. neqz imminutionem temporu Non em ex tempore aliquod initium habet. qui est ante secula. non aliqua factura est que temporibus excludatur. sed in patris natura manes semp absqz initio inuenitur qui coeternus est genitori initium no habenti. Unde et temporibus initiu dedit ipse non in tempore pmanes sicut scriptum est Quia in se manes innouat omnia. p quem omia facta sunt. et sine ipso factum est nihil. si vero et temporale aliquid de ipso volueris cogitare. quia cum sit vnigenitus dei filius. dicitur etiam fili9 hominis in dispensatione carnali. cognosce vocem illa patris dicente ego hodie genui te Ut quid ait hodie genui te filio hominis. ex maria nato ascribas auferens. prorsus temporalitatem ab illa in conuertibili deitatis natura Si aute et secundu paterna generatione eu consideres p id quod ingenit9 est pater ppria vero generatio filius vnigenitus. et ideo filius vnigenit9. et ideo distinctionem aliquam inter genitorem et genitu. diffinire velis. hic vide vt intellectu pro tante necessitudinis intuearis archanum Qm et pri9 qz nasceretur vnigenitus in suo ia genitore generandus manebat. non habens distanciam temporis sicut impij dicunt. quia erat quando no erat qui ineffabilem domini creatoris generacione mortalium creaturarum specie meciunt que gradibus etatu generant et generat Uerutam en ecia de ipsis eos condicionis humane generacionibus arguamus. Nam si ecia homini in est antequa generet et id quod ex eo generandu est. secundum est secundu naturam et antequam generet non aliunde mutat vt seminet pgeniem qua generaturus est Quanto magis i deo patre omnipotente ista ratio cerneda est. vt eque in conuertibilis et sempiternus filius. in eterno atqz incommutabili patre semper fuerit. scdm naturam insepabilis substantia est excludens illa impioru blasphemia que dicit. erat qn non erat Si vero manifestius volueris agnoscere qui erat semper in patre priusqz nasceretur Non legisti in factura et constitucione mundi moijse exponente quomodo ex persona opificis dictu sit. pducat herbam feni. seminans semen. secundum genus et similitudinem. et lignum fructiferu facientem fructum. cui9 semen eius iipo secundum genus et similitudinem sup terra Si ergo lignu fructiferu qd in escam datum est hominibus priusqz pducat fruct9 in semetipo semen fructum habet scdm gen9 et

secundum similitudinem suam: quanto magis deus qui creator et largitor eorum est. in semetipso habuit natum suum antequam signaret Non enim duos ingenitos dicimus. sed vnum ingenitum patrem perfectum: qui filium ex seipso genuit. perfectum sicut ipse est perfectus pater. Tu ergo qui vides dicentem. pater si possibile est transeat calix iste a me Veruntamen non sicut ego volo. sed sicut tu vis Non vides eundem dicentem potestatem habeo iterum sumere eam. Et nemo eam aufert a me. sed a me ipso pono eam. vt rursus assumam illam. Quod vtique dicens docet te vt vis proprie voluntatis eius non extrinsecus eum natum esse arbitreris quia non sicut indigens sumsit aliunde virtutem. cum qua sit ope ei sed sue potestatis imperio vsus est. et non assumptiue assumptionis beneficio Considera ergo liberum et principale diuine voluntatis arbitrium. et noli contrahere atque concludere in angustiis mentis tue deum maiestatis qui propter te susceptam fragilitatis tue carne vestitus est. sed redde altitudinem glorie sue habentem potestatem anime sue ponende et resumende. Diminutionem vero ad eum refunde qui passus est et resurrexit passus est tamen quia voluit surrexit quia potuit vides ergo dicentem non veni voluntatem meam facere sed voluntatem eius qui misit me. et qui me misit maior me est. Et e diuerso non consideras eum dicentem. ego et pater vnum sumus Vt quod sumus personis ascribas. quod vero dixit vnum diuinitati assignes. Et si eum orantem videris. si crucifixum si extempore orantem consideras. secundum quod ad eum dictum est. ego hodie genui te. Illum mihi intellige de quo scriptum apostolus ad hebreos dicit quid est homo quod memor es. aut filius hominis quoniam visitas eum minorasti eum paulominus ab angelis. gloria et honore coronasti. et constituisti eum super opera manuum tuarum. omnia subiecisti sub pedibus eius. et idem magister illico sua disputatione subtexuit. Nunc ad huc non videmus omnia illi subiecta. paulo ante minus ab angelis minoratum vidimus inquit ihesum propter passionem gloria et honore coronatum Cum vero audieris. et illud quod de eodem ihesu domino nostro beatus apostolus dixit. quando subiecta illi fuerint omnia tunc et ipse subiectus erit ei. qui sibi subiecit omnia vt sit deus omnia et in omnibus et recurrere oportet ad apostolum. et per ipsius magisterium intueri quia dixit necdum videmus vniuersa illi subiecta. neque omnem linguam confitentem. quia dominus ihesus christus in gloria est dei patris. vt quando ad impleta fuerit subiectio confitentium. quia dominus ihesus in gloria est dei patris in subiectione eius cui subiicitur omnis lingua. hoc est filio hominis secundum apostolum. Tunc filius hominis secundum apostolum in subiectione plenitudinis credentium subicitur diuino verbo. vt sit iste qui assumptus est. homo sit deus omnia in omnibus Quia per ipsum iudicem erit retributio iustis iusticie in gloriam. et peccatoribus iustum iudicium tormentorum iram damnationis. sicut volueris magnitudinem

filij in agnitionem patris considerare. vade ad philippū apl'm et iterroga cū ipso dicēs. ostēde nob presz et suffit nob et poteris discedere ipso domino respondente q2 pater me9 vsq3 ad huc operatur. et ego opor. Et cum philippo audies. tanto tēpore vobiscum sum et non me vidistis. Philippe qui videt me. videt et patrem. quia ego in patre et pater in me est. hoc autem ait illuminans nos.

Explicit de fide in christo. Incipit Omelia quod nemo leditur nisi a semetipso



Scio quod crassioribus quibusq3. et presentis vite illecebris inhiantibus atq3 his qui p oīa terre adherent. et voluptati ppe libidiniq3 deseruiunt nec spiritalem sensum capere querunt. nouus videatur hic sermo noster ac mirus. et deridebunt nos fortasse quod in ipsa statim tituli fronte inepta satis et que nulli videantur verisimilia pponamus. sed non ob hoc nos a pposito cessamus. quinimmo ex eo ipso ad consignanda. et omnimodis comprobanda. que promisimus per urgebimus. si tamen paululum nobis in principijs patientie tribuant hii qb9 absurda videntur esse que loqmur nec in exordiis obstent dicentē sed in finē pposite orationis expectēt. Scio enim quia post hoc nobiscū stabūt notātes semetipsos pōris erroris et vt dicitur palinodiā canent ac ueniā postulabunt p eo qđ minus rectā nūc usq3 rerū tenuere sentēciā insup et grām nobis habebunt sic egri quiq3 medicis recuperata sanitate. Nolo ergo mihi ingeras opinionem. nunc illam que aput te actenus inueterata pmansit. Sed expecta paululū orationis huius nostre luctamen. et tunc scio quod rectam pposito negotio sententiam dabit. vbi spinosis opinionibus que aput te sunt rationum que a nobis dabuntur falce resecatis. rectum iudicandi tramitem potueris intueri quoniamqđdem et iudices seculi huius negociorumq3 communium. et iam si vehementer viderint eum q̄ pmas negocij partes psequitur porantem. et largissimis dicendi fontibus inundantem expectant. tamen. et iam respondentes ad hec psecutionem et audiunt cum patientia. nec prima allegatione mouentur ad sentētiam pferendam. etiam si iustissima videantur esse que dicta sunt Seruatur enim apud audientiam eoꝝ secundo quoq3 integer dicendi loc9 qūoqđdem hec est iudicum disciplina prius ex utraq3 parte causam diligenter agnoscere. et ita sententiā pmulgare. igitur quia et nobis in p̄senti negotio primi oratoris partes psecuta est. inueterata apud plurimos et radicata. multi temporis opinio que omnem pene orbem terre p orat. et astruit dicens confusa esse omnia nec aliquid recte iusteq3 seruari inter homines posse Cotidie enim videmus ledi quam plurimos. et affligi. et opprimi cum oī iniuria. humiles et infirmos a potētibus et fortib9 et pauperiores a ditioribus inuadi. et sicut non est possibile numerare fluctus maris. ita

nec hi qui affliguntur possunt nu-
mero comprehendi quibus neqꝫ le-
ges ulle subueniunt. neqꝫ iudicium
metus. neqꝫ ulla vis alia morbum
hūc potest a pnicie cohibere. q̄nim
mo et augetur p dies singulos. flet⁹
gemitusqꝫ malorum semper incre-
scit Ipsi enim iudices qui ad hec re
pmenda constituti sunt. graniores
tempestates et pniciores suscitant
morbos et in tm̄ labes mali huius
augetur vt non nulli infelices ꝛ stul
ti in id insanie prorumperint. vt et
iam diuinam phis puidentiam cul
pent Videntes eum quidam q̄ ho-
nestum et placidum vite ppositum
gerit. interdum trahi ad iudicia vi.
ciri. ꝛ pturbari et pati. extrema oīa
proteruum verum et improbum
et pessimi ppositi virum. augeri di
uitijs potentia honoribus cumula
ri. terribilem omnibus fieri. ꝛ innu
meris modis excruciare et affligere
ac pedibus vt ita dicam conterere
bonos et honestos viros Hec autē
iniqua atqꝫ iniusta. inequalitas nō
solum in vrbibus sꝫ ꝛ i agris et nō
solum in terra. sed et in mari com-
mittitur. ꝛ exercetur Cum ergo hui⁹
modi apud plurimorum mentes fe
ratur opinio. oratione vetuste psua
sionis asserta necessario contra hec
hic noster nunc introducitur sermo
Agones habiturus quatenus false
huius opinionis quamuis ātiquas
deiciat. et subruat sedes. Licet
ergo sicut superius diximus. nouū
quod asserimus videatur ac mirū.
Hoc tamen pollicemur quod volē
tibus diligenter his quod dicitur
intendere. et vera hec nostra et vti
lis inuenietur assertio Hoc ergo est
quod hic sermo nostē pollicetur oñ
dere Sed queso vos nullus primo
turbetur auditu. neminem posse le
di ab alio nisi a semetipō. Uerum
vt planior sermonis huius intelli-
gentia et aptior detur. pmo discuti
amus quid sit hoc ipm̄ ledi et erga
quam materiam quam vero substā
tiam ledi contingat vnicuiqꝫ. Sed
hoc ita demum lucidius fiet. si pus
que sit in homine virtus vel vbi sit
requiramus Tunc enim verius ap
parebit vnde et quomodo ei acci-
dat ledi. et in quo quidem videatur
ledi. nec tamen ledatur Idqꝫ etiam
exemplis adhibitis clarius demon
strabimus Omne quod est in reb⁹
habet aliquid quo corrumpi pos-
sit ac ledi. Uerbi gratia ferrum eru
go ledit. lanam tinea Ouium gre-
ges lupus. Uinum aceti pmutatio
dulcedinem mellis amaritudo cor
rumpit. Rubigo segetibus nocet.
Grando o viniam ledit Uirgulta ac
diuersa plantaria locuste ac bruchi
exercitus vastat. ꝛ singulis quibusqꝫ
corporibus vti ne in enumerando
omnia longius pducatur oratō va
rie morborum species inferunt cor
ruptelam. Sicut ergo vnumqdqꝫ
eorum habet quo noceri possit. et
status eius incolomitasqꝫ corrum-
pi. requiramus nunc quid illud sit
quo virtus quoqꝫ animi ledatur.
ac vitietur humani Alij quidē alia
opinantur. Oportet enim nos eti-
am falsas opiniones adducere in
medium Confutatisqꝫ eis vt seueri
tas habet edocere et ostendere eui-
denter qd̓ nocere nobis vera noxa

nemo ali⁹ potest nisi nosmeipsi Alij ergo putant quod noceat homini paupertas. alij damna aut columi ne alij mors. et in hijs esse cunctas hominum miserias deflent. multa ꝗ miseratione dignos dicunt eos qui in his positi videntur. ac lacri mabiliter conqueruntur dicētes ad inuicem Quid mali ꝑpessus ē ille. Subito direpta est eius vniuersa substantia Et alius rursus de alio. ille egrotat grauissima egritudine. et desperatur a medicis. Et alius eos qui in uinculis habent deflet. alius eos qui patria carent. et ad e xilia ꝓpulsi sunt Alius eos qui in s nitutem ex libertate rediguntur. ali⁹ eos qui ab hostibus depdati sunt. atq in captiuitutem ducti. alius q naufragio decepti sunt vel incendio cōflagrarunt vel ruinis oppressi sūt Isti omnes planguntur lugentur et flentur ab ominibus. Hij vero qui male agunt. et nequiter viuunt. a nul lo penitus flentur Sed quod est in felicius frequenter isti etiam laudan tur ab hominibus et beati dicunt. quod certe totius mali causa est age iam nunc si tamen vt ab initio dep catus sum nemo obturbet dicentes Ostendamus quomodo nihil hor que supra diximus nocere prudenti viro potest. nec corrumpere animi virtutem Quid enim dic mihi eum qui facultates calumniatoribus vel furibus vel latronib⁹ obsessus ami sit huiusmodi damna leserunt ani mi virtutem. Sed si videtur. pri⁹ describamus vt ꝓposuimus que sit animi virtus. et eque vt euidentius possit agnosci coniecturam et simili tudinem ex corporeis substantijs ca piamus. Et videam⁹ prius verbi gratia equi que sit virtus. Nunquid nam videbitur in argenteis frenis pulcrisq capitibus ac sericis flam mulis. falerisq gemmatis. iubaq aureis intexta funiculis equi virtus et magnificencia iudicari. an in ue locitate cursus et fortitudine pedū gressu sq cautela ac pectoris firmi tatē. cunctisq q aut conficiendo iti neri apta ducuntur. aut ꝑlijs ꝑagē dis. vt vel interitus hostem pctat. vel in aduersis ꝑicitur. ꝓpriū pos sit exitio liberare sessorem. Nonne certum est in his potius equi virtu tem qm̄ in illis de quibus supra di ctum est declarari Quid autem et re liquorum animalium. nonne in eo omnis ꝓbitas habebitur. si vel fer re onera fortiter vel robusta possūt mouere carpenta Nunquid volēs aliquis ꝓbare animal. ad ea respi cit. que ei superposita viderit. an vt diximus. si membris. si pedibus. si vngulis validum sit inspiciet Et itē si vineam ꝓbare volumus. nunquid ad hoc inspicimus. si letos habeat. pampinos aut flagella diffusa. An illud magis aspicimus. si densior ei fructus sit. et vua fecundior Simili ter et de oliua atq alijs huiusmodi arboribus contemplamur. Igitur eodem modo etiam de hominibus agamus discutientesque. aut vbi sit vera hominis virtus. et tunc eum ledi putemus. cum in ipsa fuerit lesus. Que ergo est virtus hominis Non sunt diuitie. ne timeas paup tatem nec sanitas corporis ne lang uorē metuas. nec fama et existimatō

humana ne te hominum maledicta terreant nec vita hec communis. ne forte metuas mortem. nec libertas. ne seruitutem ꝑhorrescas. sed que est virtus animi recte sentire de deo et recte inter homines agere. Illa enim omnia que supra diximus au ferri ab homine possunt etiam si no lit. hec vero si habeat auferre ab eo nullus omnino nec ipse diabolus potest. nisi ipse ea qui possidet pro dat. Sciebat hunc rerum ordinem diabolus et ideo cum expetisset bea tum iob. omnem substantiam eius perditam dedit. non vt eum pau perem faceret. sed vt ꝓhis dolens. impium aliquem sermonē proferret ī deum. Propterea deniqꝫ et omne corpus eius afflixit. non vt eum fa ceret egrum. in quo nihil ledebatur sed vt peregritudinis cruciatum si forte constantia eius fatigari potu isset. animi virtute nudaretur. Ob hoc eū numerosa orbitate ꝑcussit obhoc et corpus eius tormētis mul to grauioribus q̄m si carnifices ad hibuissent afflixit. Non enim ita tor tores vngulis latera sulcarent. vt il le ea verinib⁹ fodit Obhoc inquā hec omnia vt male aliquid de diui nitate sentiret Obhoc etiam amici qui ad consolandum venerant in stigantur ad exacerbandum Aiunt enim nondum digne secundum ea que peccasti flagellaris. Et multa alia huiusmodi incusantes eum locū tur. Ille autem vrbe extorris. et do mo facultatibus simul affectibusqꝫ nudatus sterquilinium ꝓdomo pro stramentis humum. fimum ꝓiduū tis habet Sed in his omnibus nō solum nihil leditur iob. verum ⁊ cla rior ꝑ hec ac magnificentior reddit Cum enim cunctis eum facultatib⁹ atqꝫ ipsius sanitate corporis spoli asset immensas ei virtutum diuiti as ꝑ patientiam congregauit Neqꝫ enim tante fiducie apud deum erat iob. anteq̄m in hoc agone sudaret q̄d si iste qui tāta ꝑpessus est. et ab eo ꝑpessus qui omnes homines ne quitie crudelitate p̄cellit. ledi in ani me virtute non potuit quis erit iā cuius videatur digna causatio cum dicit ille me lesit. ille nocuit. ille im pediuit Si enim diabolus q̄ omni malitia repletus commotis vniuer sis viribus suis atqꝫ omnibus telis armisqꝫ vel in domum iusti vel in corpus eius directis ledere omnino non potuit sed magis eum vt dixi gloriosum et spectabilem reddidit quomodo digne quis vllus homi num culpabit quod ab eo ledi qui uerit aut noceri. Quid ergo adam indices n̄ est les⁹ a diabolo et non est supplantatus atqꝫ eiectus de para dyso. Non diabolus eum sed igna uia sua lesit dum erga obseruantiā mandati nō vigilat Nam hic q̄ tot machinis aduersus beatum iob tot qꝫ fraudibus pugnauit armatus. nec tamen eum valuit supare. quo modo vllis horum in adam ꝑ tāte decipere eum potuisset. nisi pigna uiam suā semetipsū sponte ꝓdidis set Sed dices qui calūnys circum uentus ꝓscribitur et amittit uniuer sam substanciam. non est lesus cum paternis nudat⁹ bonis vltima ine gestate cruciatur non immo vero n̄ solū lesus non est sed et lucri aliq̄d

capiet si vigilauerit Quid enim dic
michi appostolus christi penuria re
rum corporalium lesit Nonne in=
fame ꝛ siti ꝛ nuditate degebatur et
pro his clari magis et magnifici ha
bebantur atqꝫ in gentem per hec fi
duciam quesierunt apud deum qd
autem et lazarum. Nonne egritu=
do ꝛ vlcera ꝛ egestas vltia adbtitu=
dinē duxit Et afflictio huius mun=
di coronas ei ineternum parauit.
Quid vero ioseph. nonne quod ob
ꝓprys domi et pegre repletus est eo
vsqꝫ vt et adulter putaretur. et qd
seruituti subiectus est. parentibus ꝛ
domo extorris effectus. Nonne ob
hec singula in admirationem omni
bus apud homines et i magna glo
ria apud deum. Sed quid de exi=
lys et paupertate et obꝓbrijs illatis
loquor. et quod in seruitutem reda
cti sint mirabiles viri Mors ipa dic
michi quid nocuit iustissimo illi a=
bel. mors amara. et acerba mors.
parricidio illata non homicidio ñ
ne obhoc in omni orbe terrarum.
canitur ꝛ celebratur abel. vides quo
modo amplius ostendit nostra hec
etiam eo quod ꝓmisit oratio Non
solum enim hoc apparuit quod pro
posuimus. quia nullus ledatur ab
alio. sed et quod lucra maxima ca=
piant sancti homines in his quib⁹
videntur affligi. Cur ergo ais pene
et supplicia. cur gehennam. quam
obcausam mine tam multe si nemo
ledit. et leditur nemo. Noli confun
dere et ꝑmiscere ſmonem. neqꝫ eñi
diximus quia nemo ledit. sed quia
nemo leditur ab alio Et quomodo
inqꝫ erit istud si ledunt aliqui vt ne

mo ledatur. ita vt iam ostendimus
Nam et ioseph leserunt fratres sui
et inique egerunt in eum. sed ipse le
sus non est. et in abel inique egit ca
in insidiatus est enim ei. sed ipse nō
est lesus nec mali aliquid passus ob
hoc ergo pene et supplicia non eñi
patientie virtus eorum qui patiūt
illorum crimen abstulit. qui impio
ꝓposito. iniuriam ꝓximis irrogarūt
Quamuis enim ipsi clariores effe=
cti sint ꝑtollerantiam non tamen il
li exuuntur scelere ꝑ ꝓpositi sui mili
tiam Et ideo quidem illos virtus.
animi extollit ad gloriam istos vero
malitia animi demergit ad penam.
Merito igitur a iusto iudice deo il=
lis quidem qui constanter philozo
phati sunt. et ad palmam victorie
ꝑuenerunt regnum parabit. His
autem qui in nequitia ꝓpositi ꝑdu=
rarunt gehennam deputauit. ꝓpter
quod si ablate tibi sunt facultates.
tue. dic nudus exiui de ventre ma=
tris mee; nudus et hinc abscedam.
Adde et illud apostolicum. nihil in
tulimus in hunc mundi. sed ne auf
ferre quidem possumus Audisti te
male dici infamari apud homines
et contumelius onerari Recordare
et ante oculos pone verba domini
quibus ait: ve vobis; cum bene vo
bis dixerint omnes homines Et iterū
gaudete ꝛ exultate cum eiecerint no
men vestrum tamqꝫ malum apud
homines Expulsus es patria et do
mo. recordare quia non hēm⁹. hic
patriam manentem sed futuram in
quirimus Quid ergo putas patriā
ꝑdidisse. qui incola terre peregri=
nus es Sed egritudinem incurristi

grauissimam. vtere illo apostolico sermone quo ait Nam etsi is qui foris est homo noster corrumpitur qui intus est innouatur de die in diem. In carcerem conclusus es. et mors crudelis imminet. et intentatur ad huc ante oculos iohannem in carcere ceruicibus cesum et tanti prophete caput saltatrici puelle in mercedem libidinis datum Hec ergo singula cum inferuntur iniuste tu non consideres eorum que inferuntur iniuriam. sed eorum que pro his retribuent gloriam non solum enim peccatis absoluit qui hec patitur sed et iusticias acquirit tantum est vt fides eos constantiaque non deserat. Cum ergo damna facultatum neque calumnie. neque opprobria neque exilia neque egritudines et cruciatus neque ipsa mors que videtur omnium horum esse grauior ledat homines quin immo viuet clarioresque reddat vnde iam probabis ledi aliquem posse. cum ex his omnibus non ledatur Uerum ergo et amplius adhuc aliquid assignare temptabo quia illi soli leduntur qui ledunt. et nulli aly nocet noxa quam ceteris inferunt nisi ipsis qui inferunt. Quid enim dic mihi infelicius erit quam cain. Mors enim illa que manibus eius fratri illata est. illum quidem iustum reddidit per secula ipsum vero qui intulit haberi fecit per secula parricidam Quid etiam herodia de miserius. que caput iohannis exhiberi sibi desiderauit in disco. vt suum caput perpetuis gehenne ignibus flammisque demergeret. Quid etiam ipso diabolo deterius qui nequitia sua ita clarum reddidit iob vt quanto illi gloria tanto huic cresceret pena Uides quomodo et his plus multo quam polliciti fueramus ostenditur Claruit enim non solum neminem ledi ab his qui iniurias inferunt sed illos tantummodo ledi et male pati a quibus irrogantur in iuria. quomodo quidem neque diuitie neque libertas neque sanitas. neque huiusmodi que supra memorauimus proprie bona hominis sunt. sed sola virtus animi. Et ideo cum erga ea que extrinsecus sunt damnum. aut amissio aut afflictio vlla superuenit non leditur homo quia omne bonum eius in animi virtute consistit Quid ergo ais si in ipsa quis animi virtute philozophatur et leditur. Nequaquam In his enim si ledatur non ab alio leditur sed a semetipso Quomodo ais a sematipso quis leditur. Si quando verberatus ab aliquo vel facultatibus spoliatus. aut alio quolibet modo afflictus. blasphemum et impium ex ore suo protulerit verbum lesus in hoc et valde lesus est non tamen ab alio sed a semeipso per impacientiam scilicet suam Intuere enim sicut et superius diximus quanta perpessus sit iob. non ab homine aliquo sed ab eo qui omnium hominum scelestior est et crudelior Quod si ille in manis et cruentus tot machinis. tot fraudibus adhibitis totque supplicys non potuit cogere vt peccaret iob labys suis ante dominum et cum neque legem accepisset iob. neque redemptionis eius fuisset gratiam consecutus quanto magis tu his omnibus munitus si vis et ex fide auxilium dei implores

non potes superari. Unde enim paulum quanta passus est, que etiam enumerare difficile est carceres vincula. verbera flagella supplicia a iudeis lapidatus. virgis ceditur precipitatur. latrones incurrit. ab inimicis a fratribus insidias perfert. Intus timores. foris pugnas. patitur. famem. nuditatem. calumnias. insidias. tribulationes bestias tolerat. et quid opus est multa dicere. cotidie moritur. et tamen in his omnibus non solum nihil blasphemum ex ore suo profert. sed et gaudet et gloriatur. atque exultans dicit. gaudeo autem in passionibus meis. et iterum non solum autem sed et gloriamur in tribulationibus Si ergo hic tanta patiens gaudebat et gloriabatur. que erit venia que excusatio his qui pro parvis iniuriis vel verberibus aut qualibuscunque tribulationibus que utique illis longe inferiores sunt blasphemantur. Sed aliter inquit lector Si enim non blasphemavero facultates mee auferentur. et ero iam inutilis ad misericordiam faciendam Occasiones sunt iste et non bone. Si tibi opera misericordie et elemosine cordi sunt. audi quia paupertas non impedit animum misericordie. Quamvis enim pauper sis. erunt tibi duo minuta. que cum obtuleris super omnem divitum censum reputabuntur tibi. et erit tibi manus plena farine que sufficiunt ad pascendum prophetam Quod si defuerint etiam hec. nunquam tibi crede deerit calix aque frigide. ex quibus omnes divitias effusas per misericordia superabis Mentem nanque misericordie deus requirit. non peccunie quantitatem Vides ergo quoniam nunc in hoc quidem damnum passus es quod perdideris facultates. quinimmo et lucri plurimum. Nam coronas immortalitatis quas alii multa largiendo merentur. tu duobus minutis ut diximus aut precio aque frigide compasti. Hec quidem his qui veritati student. et salutis sue curam gerunt manifeste evidenterque patuerunt. apud eos autem qui voluptatis vinculis alligati sunt et quos obtinet libido captivos. quibusque omnis vita in luxuriis teritur. superflua videntur hec et inepta. quoniam quidem summa aviditate amplectuntur umbras et stringunt ventos. Hec enim que eis videntur carnis et seculi bona. e manibus eorum tamquam ventus et umbra effugiunt ac labuntur Et ideo si videtur apiamus etiam ipsis interiores rerum causas et imagine hac qua decipiuntur ablata ipsam eis interiorem impure huius et immunde meretricis. quam conplectuntur faciem revelemus Meretricem nanque ego appello vitam hanc que in deliciis et affluentia divitiarum et huius seculi potentia ac voluptate transfigitur. Et non solum meretricem eam nomino. sed et turpissimam atque obscenissimam meretricem cuius facies feda. horrida aspera. amara. crudelis. et in hoc maxime est in quo sine venia habendi sunt cuncti. quos decipit Quod cum tam turpis sit vultus eius. et ferus Et tam barbarus ac truculentus. multi tamen ab ea capiuntur. Et

cum videant apud eam cuncta om
nia periculis mortibus precipicijs
plena cumque stipari eam cernant so
dalibus pessimis contumelius di-
co. obprobrijs. liuore. inuidia. insi
dijs. criminationibus. et pernicio-
sissimis curis metu ingi tremore fre
quenti. et mille alijs huiusmodi in
faustis consortibus velut anguium
corona circundari fructum vero in
hijs nullum alium nisi interitum
esse et perniciem penamque perpe-
tuam. expetitur tamen a pluribus et
amabilis habetur atque expectabi-
lis. Tanta namque est eorum qui de
cipiuntur stoliditas. vt cum eos ra
tio nulla ab hoc interitu reuocet ne
euidentia quidem indesinenter per
euntium exempla deterreant. non
ego istos stolidiores multo quam
paruulos iudicem quos puerilis lu
dus. vbi aut circulus voluitur. aut
turbo verberibus agitur. et lon-
gis porticibus per curua spacia ro
tantur. ita intentos et hiantes pue
rilibus annis tenent. vt auelli inde
nullatenus queant. ignorantes pe
nitus peretatis fragilitatem. nihil
in illo ludo. utilitatis. nihil perfecti
opis haberi. Sed pro illis satis facit.
etas in matura. Isti quid habebunt
excusationis qui in etate perfecta pue
rilem immo et puerili in becilliorem
sententiam tenent. Cur ergo queso te
videnter appetende diuitie. Hic nam
que incipiendum puto. Quia inquit et
sanitati et vite ipsi. et fame et patrie
et propinquis et amicis. et omnibus
omnino que commodiores sunt. esse
eas pluribus visum est. Et ista sen-

tentia non solum terra marique ser-
natur. sed vsque ad ipsas iam nubes
ascendit ac sidera. Noui et ego quod
non tam ista sententia quam flam-
ma est. que et istum vastat orbem te
rarum. et qui extinguat. quidem
nullus est qui accendant vero et ma
gis magisque inflamment omnes.
Fauent enim huic malo. non solum
illi qui ab eo capti sunt. sed et si qui
nondum illic videntur ingressi. et
vnumquemque hominum videas.
seu vir sit ille seu femina. seruus aut
liber diues pauperue pro viribus
suis incendio huic materiam atque
onera conportant. et die ac nocte
in eius ministerijs vigilant. onera
autem dico. non ligni aut feni. non
enim talis est flamma que ista con-
sumat sed anime sue et corporis. in
iqua et iniusta ei opera deferunt.
His enim accenditur ignis iste. et
his pascitur Nam et si ipsi diuites
etiam si totum orbem possibile esset
possideri a singulis. ad huc tamen
in desiderio eius ardent. pauperes
vero dum cupiunt diuitibus exe-
quari insanabilem rabiem patiun-
tur. insaniunt furiunt Et idem mor
bus diuersos singulis generat lang
uores. Intantum amor pecunie.
omnem animam fatigat. vt neque.
amicitiarum neque propinquitatis
interdum etiam nec coniugis aut fi
liorum amori det locum. quibus
affectibus inter homines nihil pre-
fertur amor tamen pecunie omnia
hec humi deicit. et pedibus concul-
cat. ita velut fera quedam et crudelis
domina omnium corda possedit. et tyrannica

dñaciõe deuinxit Seuit vt barbar⁹ ferueт crudeliter vt tyrannus. de bachatur impudentur vt meretrix nusq̄ꝫ miseretur. nusq̄ꝫ pudet. ad est vbiqꝫ dura. vbiqꝫ terribilis. dira inclemens. impia truculenta Et cū lupis et vrsis ac leonibus ferocius seuiat. suauis tamen hominibus videtur et amabilis Et qd dico suauis. Melle ipso et fauis dulcior Cū qꝫ his q̄ eam desiderant et exoptāt gladios acuat cotidie foueas et p̄cipitia paret scopulisqꝫ eos mille. et mille naufragyis illidat. expetit tamē ab eis ac desideratꝰ et queritur ac p̄ in numeras mortes suas letant. se aliquando ad eius saltim ianuam peruenisse. Volutari namqꝫ in ceno eius tamq̄ꝫ sues delectant. et vt scātbari sterc⁹ eius euoluere. Tali qd ammō omnes qui auaritie huic manu⁹ dederint. infelitiores et turpiores etiam istis immundissimis animalibus fiunt. Et hec est maior rei huius infelititas qd quantomagis inhis sordib⁹ volutant tanto maiorē in his capiunt voluptatē. idqꝫ nō rei natura. sed voluntatis vitio patiūtur Quomō g° sanabim⁹ m̄tes huiuscemodi lāguorib⁹ occupatas. nisi vellent nobis aurē paululū cōmodare atqꝫ animos ad audiēda dare. et suscipere que dicuntur. Irrōnabilia nāqꝫ illa diximus vt muta animalia que se in huiuscemodi sordibus volutant transferri abhis non possunt. vtpote intellectu ꝛ ratione carentia. Nobis vero sermo nunc ad homines habetur. quib⁹ intellectus et ratio diuino munere data est. Tantum est vt audire velint. facile et absqꝫ multo labore decem hui⁹ fetore et indignitatē sterꝰ coris poterunt liberari Age ergo iā nunc quasi ad homines loquentes et percontemur ab eis cur expetende videantur esse diuitie. Respondebunt sine dubio ꝓpter voluptatem primo vite et delicias corporis tum deinde et ꝓpter honorem qui habetur in uita atqꝫ offitia que ab hominibus diuitiarum contemplatione differuntur. et ꝑ eo qd potest facile vlcisci qui diues est in eos q̄ iniuriam inferre temptauerint. vt ꝛ timori sit ceteris Puto quod alias exceptis his causis non habeas. voluptates dico honoris officioꝝ timoris vltionis Nam neqꝫ sapiētiorem. neqꝫ temꝑantiorem. neqꝫ clementiorem. neqꝫ prudentiorem. diuitie facere hominem possunt. non benignum non placidum reddunt non deniqꝫ iracundum aliquando in mansuetudinem commutarunt non in continentem continentiam. nec voluptuosum sobrietatem. nec inuerecundum verecundiam docuerunt. neqꝫ aliud aliquando virtutis genus anime ꝑdiuitias acquisitum est. Quod si virtutibus animi nihil conferunt. nec meliorem hominem secundum virtutum titulum reddunt. dic queso quam ob causam. expetende videantur esse diuitie. Immo vero non solū nil virtutis aio conferunt. sed et si paratum aliquid et reconditum inuenerit sbruūt. et ecōtrario vitia ꝑ virtutib⁹ itroducūt ipaꝝ em̄ sequela ē

luxuria ira intempans furor i iust⁹ arrogantia. superbia. omnisqꝫ irra= tionabilis motus. Sed de his suis locis referuemus. quomodo quidē non libenter hi qui huiusmodi egri tudine innexi sunt. sermonē de vir= tutibus ac vicijs audiunt Partes enim luxurie agunt et nihil aduer= sus eam patiuntur audire. Hinc er go interim sermo moueatur. si ē oī no in diuicys aliquid quod delec= tari possit. aut si est in illis aliquid honoris hinc capiamus Itaqꝫ i v i detur a cōuiuys ꝛ fluentia mensaꝝ in his enim diuitiarū magnificētia pdicatur conferamus mensam di= uitis ꝛ mediocris. et discutiā⁹ vtros qꝫ conuiuas qui magis queso sint q̄ puram veramqꝫ mense capiunt vo= luptatem. illi toto die attritis et las sescētibus cubitis recumbunt. et ce nas prandys iungunt. quiqꝫ ven= tr⁹ distentione rumpuntur atqꝫ ob pressione ciborum suorum pmunt inquorum corpore vino inundato velut naufragijs cuiusdam lucti= bus obruta anima necatur vbi ne= qꝫ oculus neqꝫ lingua neqꝫ pes p= prys deseruit officys. sed omnia mē bra corporis vini vinculis iacent vincta grauius quā catenis. vbi nō sopor eis ipse ad quietem datur. ne qꝫ ad salubritatem cedit sed exterri ti somnus insanientibus et furenti bus deteriores fiunt. et quasi spōte demones sup ducant anime sue ris⁹ et spectaculum omnibus etiam ip= sis famulis suis fiunt nihil agnoscūt eorum que vidētur. nichil sentiunt. nihil norūt dicere aliquid et audire nō possunt sed latera fedissima por

tant de accubitis adlectos intalib⁹ conuiuys magis voluptas est an in ill' vbi cib⁹ potusqꝫ tāt⁹ ē qnt⁹ famem depellat ac sitim. Hunc modū vi te natā docuit. illū corruptela libi= dinis inuenit Ido deniqꝫ i hoc eti= am sanitas adest. et rō pmanet ꝛ ho nestas cū sobrietate pdurat nec gra uatū corp⁹ atqꝫ oppressum leuatur de cōuiuio sꝫ adiutū poti⁹ atqꝫ au ctū virib⁹ totaqꝫ alacritate subni= xū Qd si tibi parum fidei habere s mo nr̄ videt vtrumqꝫ corpora ani mosqꝫ cōsidera. ꝛ inuenies illa robu sta. ꝛ valida ac suci plena que medi ocrib⁹ ac simplicib⁹ aluntur alimo nys Nec mihi nunc adducas inme dium siqui forte ex accedenti egritu dine aut qualibet debilitate fatigā tur Alia est ista causa. et alio intem= pore requirenda Hi vero qui deli= cys et luxuria vitam ducunt resolu ta quidē corpora et omni cera mol= liora circumferunt. atqꝫ examine quodam infirmitatum repleta qui busqꝫ ad cumulum malorum poda gre tremor. et in matura senectus accidit. et est ei vita semper. cum medicis et medicamentis. sensus autem ipsi tardi graues obtunsi. et quodam modo iam sepulti. nec ali= quid iocunditatis habent. Quis hec iocunda dicat et grata. qui ta= men nouerit quid sit iocunditas et voluptas A prudentibus enim ita diffinitur. quia hec sit voluptas cū quis desiderijs suis fruitur. Ubi vero frui desiderys non potest dum vel egritudo non sinit. vel facietas ipsa desiderari non facit que onero sa efficit habundantia. sine dubio ꝛ

voluptas in eis parit et iocunditas parit. Deniqȝ considera egros qui fastidio pungnentur. quomō q̄uis suaues eis. et lauti apponantur ci/bi horrori tamen eos magis accipiunt quam voluptati Sic g° cum p p habundantiam cupiditas fuerit extincta pariter et voluptas ac iocunditas perimitur. quia non tam ciborum gratia quam desiderij gignit satisfactio voluptatem. Unde et sapiens quis atqȝ in horum discipline philosophari bene sciens aiebat. Anima in facietate posita. fauis illudit ostendens et iam ipē qz voluptas non in natura vt diximꝰ ciborum sed in desiderij vigore consistit Propter hoc et propheta mirabilia enarrans que in egypto gesta sunt quiqȝ in heremo inter cetera etiam hoc dixit De petra melle saturauit eos Equidem nusq̄ȝ inuenimus mel fluxisse de saxo qd ergo ē qd dixit q̄m q̄ dē pꝰ multā itineris fatigationem labore sitis aquis frigidis e saxo fluentibꝰ fruebant. eas ꝛ multo cū desiderio hauriebant hoc ipō ergo quod dulcissime et desiderabiliter potandi cupiditas explebatur. aquas illas mel appellauit. n̄ quo naīa aquaꝝ fuerit cōmutata sed quod dulcedo poculi instar mellis sitientibus et desiderantibꝰ obtineret. Igitur cum hec ita sint. nec dubitari a quo quam de his possit nisi sit aliquis aut cōtentiosissimus. nonne palam est in pꝓpatulo quod simplicior victus et mensa mediocris plurimum iocunditatis habeat et voluptatis e ꝯtra vero diuitiū

mense execrabiles quidē ꝛ horride. ac morboꝝ ꝛ contaminationis plene et sicut ait quidem prudentium in quibus molesta sunt etiam que delectabilia videntur Sed honores iniquis conferunt diuitie ꝛ i inimicos vltiones facilius prestant. et ob hoc videbitur necessarium esse opus diuitiarum qz vitijs ministrat et ire tribuit effectum atqȝ inanis ambitionum bullas inflat amplius et extollit in maius. qdqȝ supbie malum tumidus erigit Immo potius p his omnibus maxime erunt fugiēde diuitie Hoc est eīn feras quasdam bestias in animis suis homines spente collocare. ꝛ in pectoribus suis nutrire Et iterum diuitie suadent vt honore quidem vero celestiqȝ careatur falsum vero hunc veri illius colore solum quodam et si multa imagine fucatum requiri honorem nō veritate sed nomine Sicut enim plerumqȝ meretricis vultus cum turpis et fedus est p naturam fucis. et coloribus pigmentatus pstituit ad decipiendos eos qui ignorant que veditas sub uelamine fuci illiꝰ cōtegatur. ita et diuitie faciunt cum adulationem volunt honorem videri. Neqȝ enim voces ille populi per quas iudicibus acclamatur ex ueritate proferuntur sed et ipse sunt quibus fucatum nomen honoris depingitur. Nam si conscientias interroges ac clamantium tibi. inuenies apud vnumquemqȝ corāȝ mille te capitibus accusari Deniqȝ vbi metꝰ cessauerit prātꝰ ꝛ publice pōpe fuerit scēa reso ta te vidas q̄nti

oblatrantes quãti obloquẽtes q̃nti insimulantes, et hi omnes ex illis sunt qui prius acclamabant. et immensis te laudibus extollebant hec tu honorem dicis. et hec diuitys q̄rendo credis. que etiã si sponte ad essent recusanda erant Plus enim ody quam amoris acquirunt Sed si vis tibi ostendam honorem verũ Honor verus virtus animi est hic honor neq̧ a cesaribus p̄statur nec q̧ adulatione conquirit. neq̧ pecunia p̄paratur. Nihil fucati i se habet. nihil simulati. nihil occulti h⁹ honoris successor nullus est. accusator nullus. nullus ingratus hic honor tẽporibus non mutatur. nec tyrãnis nec picturam tabule metuit aliquando delendam. Sed vindictam inquis inimicorum sumere nõ possum. Hec autem ē maxima causa et precipua quia execrande diuitie sunt et amanda paupertas. istũ enim gladium quem dicis aduersum te acuunt. faciunt enim te p̄uaricatorem mandati illius quo dicit michi vindictam ego retribuam dicit dominus Uis autem videri q̄ntum mali habeat vindicte cupiditas misericordiam dei aufert ab homine et concessam iam gratiam infringit ac reuocat Scriptum est em̄ in euangelio quod is qui multarũ talentorum debitor fuerat. et veniam precatus a domino impetrauerat. cũ conuersus ad seruũ suum q̄ ei parum pecunie debebat hoc ē q̄ in eum parũ peccauerat exigere cũ cepit vindictam scilicet sumere. Et obquod immitis fuit erga indulgẽtiam conserui. ipse de se sententiam tulit Ut non solum iam concessa non frueretur. indulgentia, sed et tortoribus traderetur atq̧ vniuersam debiti summam. cum supplicys penaq̧ p̄solueret. et ita p̄uindicte desiderio munus diuine p̄didit indulgentie Pro his queso te, videtur expetende diuitie vt tibi facilior via pateat ad interitum. Nõ ne p his maxime oportebat eas velluti inimicum grauissimum et hostem pessimum ac totius mali auctorem vitari Sed paupertas inq̄s difficile negotium est Interdũ em̄ et blasphemare cogit homines per penuriam. et multa inhonesta et indigna committere. Non paupertas sed pusillanimitas facit Nam et lazarus pauper fuit. et valde paup̄ cuius paupertati addebatur etiam egritudo et egritudo amarissima, que ipsam paupertatem redderet ditiorem. cũ et vis morbi solatia multa deposceret. et nullũ penitus paup̄tas posset adhibere, Horum em̄ alterum etiam si solum sit graue est et doloribus plenum cum enim simul iunguntur nec adest qui subleuet. intollerabile efficitur malum, Ignis inextinguibilis et dolor sine remedio. tempestas plena naufragÿs. anime simul et corporis flamma. Erat tam̄ huic beato his oib⁹ malis aliquid adhuc amplius vicinitas diuitis. epulantis luxuriose. et adhuc magis ac magis. Etiam inde in eum tormenta cumulantur. Quod et ad ianuam iacebat epulantis vt eum multo amplius excruciarent opes. In oculis ppositę que vetabantur, Quam ille,

que per penuriam de erant. Multo enim grauius affligit animam quod cogitur carere bonis que videt quam his egere quam non videt Uerum ne his quidem flectitur diues ille crudelis sed sibi quidem preparari mensam so litis copys iubet et ornari ministe ria. vina defundi. coquorum exerci tus et alios ministrorum cum parasyto rum turmis duci. et cantorum statui cateruas nec in aliquo luxuriam temu lentiamque fraudari. pauperem vero la zarum dire famius et amare egritudi nis ira vastabat minister vero nullus nec vllum miserie solatium ex mensa diuitis que parasitos et luxuriosos vsque ad distinctionem et crapulam sa tiabat ne mice quidem que proiciebant ad lazarum veniebant fame periclitan tem et tamen ita pertulit hanc tam diram tamque teterrimam paupertatem vt neque amarum sermonem neque blasphemum proferret et illicitum sed sicut aurum vehementius igni tum purius et sincerius redditur ita etiam ille passionibus et cruciatibus exami natus clarior et splendidior per patien tiam reddebatur Etenim si videntes tan tummodo diuites quosque affliguntur hu miles et tabescunt ac distendunt in uidia et vita ipsa amarior redditur etiam si necessarius eis non desit cibus etiam si mediocria videantur ha bere ministeria lazarus qui ita erat pauper . vt nullus alius fuit . et non solum pauper . sed et eger vt nullus alius eger fuit . et qui nullum omnino non dicam ministerium sed nec solatium quidem habuit in me dio ciuitatis. vt in vltimis agens de sertis famem patiens omnium sed plus exabundantia vicinitatis esu riens videbat enim diuitem copys tanque fontibus et fluminibus inun dantem se vero ab hominibus quidem refrigerium nullum capientem solum vero canibus iacere miserendum ita enim erat egritudine resolutus vt ne ipsos quidem valeret abigere . hic ergo nisi fuisset summe philoso phie quando hec omnia tam patienter tam fideliter pertulisset. Uides quomodo qui seipsum non lesit a nullo potuit ledi . Iterabo et repetam promissionis mee sermonem Quid ergo dic mihi mor bos corporis quid penuria rerum omnium quid irruentes vlceribus canes quid vicinitas auari diuitis ac superbi ledere potuit athletam dei Aut in quo ex eis omnibus reso lutus aut fractus est ab animi virtu tibus Nihil omnino Quinimmo et angustijs rerum magis solidatus . est et hinc illi corone parate sunt . vnde infelitior putabatur inde ei palma victorie. inde eterna remu neratio vnde cruciatus multiplica batur . et iniuria . Fames illa abun dantiam preparabat futurorum . bonorum . egritudo illa vitam con ciliabat eternam vlcera illa que ca nes lambebant splendorem glorie . per angelos ministrandam ferebant Inhumani et crudelis diuitis . de spectus atque ad ianuas eius cubile contemptum patris abraham pijs simus . sinus et beatitudinis eius consortia promittebat. Quid ve ro apostolus paulus non enim ab surdum puto iterum viri huius fa cere mentionem nonne in numeris

temptationum subactus est imbri-
bus et quid ex his omnibus lesus ē
Nonne p hec gloriosior factus est.
Quid et fames. quid frigus qd ver
bera. quid saxa nocuerunt Quid d
trimenti in naufragys. quid i pfun
do maris passus est Nonne pman
sit semper idem paulus. et idem vo
catus apostolus Econtra autem iu
das vnus fuit. et ipe de duodecim.
et vocatus apostolus fuit christi. sz
neqz quod vnus ex .xij. fuit. neqz qd
vocatus apostolus dictus est pdesse ei
quicqz potuit non habenti animū
virtutibus deditum Sed paulus q-
dem cum penuria et plagis cucur-
rit cursum qui ducit ad celum. ille
vero cum et prior vocatus esset in a
postolatum et simili cum ceteris gra
tia donatus. celestemqz edoctus eēt
et philozophiam. et sacre xpi mēse
venerandiqz sacramenti particeps
extitisset. habuisset etiam donū spc
sancti. ita vt mortuos suscitaret z le
psos curaret. ac demones effugaret
cumqz de cōtemptu rez secularium
frequenter fuisset edoctus adherēs
lateribus christi atqz indigentium
sibi esset commissa dispensatio quo
scilicet auaritie p horum latens i eo
vitium sanaretur. erat enim fur. tū
ne sic qdem pficere in melius potu
it. cum erga eum tot tantisqz puisio
nibus dominus vteretur. sciebat ei
christus quod auarus esset iudas z p
amore pecunie periturus. et non solū
non arguit eum p hoc vitio. sed et
latentibus medicamentis curare vo
luit ipsi cōmittēs dispensationē pec
cunie. vt habens in manibus qd d
siderabat pniciosa passio expleta cu

pididitate cessaret nec decideret in il-
lam mortis foueam sed minoribus
malis maiora reprimeret sic in oibus
qui semetipsum non leserit ab alio
non potest ledi. et rursus qui se ipz
corrigere et emendare noluerit. z qd
in ipo est atqz in potestate eius exple
re nullus ei extrinsecus pderit. ppt
ea deniqz scriptura diuina tanqz im
magine quadam latissima et am-
plissima veterū vitas et gesta depin
git ab adam vsqz ad xpm generatō
ne pducta vt tibi ostenderet aliorū
lapsus et aliorum coronas z ex vtro
qz erudiret doceretqz te. quia nisi q
seipm leserit ab alio non potest le-
di etiam si omnis contra eum con
iuret orbis eciam si pmutacio rerū
ac temporum fiat. etiam si potentiū
et principum contra eum furor seui
at. et insidientur omnes siue noti si
ue ignoti. siue amici siue inimici. siue
dolo siue ui. vel fraudibus ipugnātes
tamen commouere ne parum qdē
poterunt eum qui constantiam te-
net. et animi virtutibus vigilat. sic
econtrario ignauum et q semetipm
pdit ac deiecit. etiam si mille adhi-
beas medicinas mille munimenta
conquiras meliorem facere et emen
dare non poteris nisi ipe prius qd
in se est pponat ac pferat. hoc est qd
nobis indicat. et illa parabola que
de illis scripta est quorū alius supra
petram edificauit domum suā alius
super harenam non vt harenam vel
petram intelligamus neqz vt edifi-
cium ex lapidibus et ligna conside
remus extructum. neqz vt flumia
et imbres et ventos qui impingunt
in domos illas materiales putemus

sed vt hec esse intelligamus vel virtutem animi vl' ignauiã. ꝛ vt ex his aduertamus quod nisi qui se ipse lese rit ab alio non potest ledi Non ergo pluuia. neqȝ flumina cum impetu descendentia. neqȝ venti validissimi cõmouere potuerunt domũ sup petram fundatam. vt ex hoc intelligas. quia qui seipsum non ꝓdiderit nec a semetipso fuerit motus nulla superueniens temptatio deicere eum poterit aut mouere Illud vero aliud edificium facile subuertit. non ꝓ temptacionum violentia alioquin et illud aliud edificium deiecissent sed ꝓpter fundamẽti id ẽ ꝓpositi infirmitatem. Arena enim est res mobilis et fluens que sine dubio instabilitatẽ atqȝ inconstantiam designat animarum Non ergo vt diximus lapsus et ruine causa tẽptatio est sed instabilitas animi et ignauia que etiam sine temptatione interdũ sponte deicitur. sicut et in illa fabrica que super harenam fundata ẽ etiam si flumina ventiqȝ non vrgeant ipsa tamen paulatim effluens. instabilis arena edificy crepidinem subruit et euertit. Nam et harene sponte rumpuntur. Adamans vero nec malleis cesus infringitur ita qui a semetipso ñ ledit. etiã si tũdat ab alys non potest ledi. Qui vero animi sui ignania ꝓditur etiam nullo purgente sponte defluit. et resoluitur. sicut et iudas ille. non solum nullo extrinsecus impellente delapsus est. sed e contrario pluribus adiutus remedys stare non potuit Vis vt hec nõ solum ꝑ singulos gesta sed etiam ꝑ popalos doceam Quanta erga iudeorum populum cura extitit diuine ꝓuidentie Nonne omnis vt ita dicam creatura erga emendationis eorum ministerium preparata est. Nonne ꝑ ceteris omnibus hominibus noua quedam et magnifica eis vite instituta sunt tradita. Nonne in medio mari siccum iter aptum est eis. et in quo ipsis fuit salus ibi inimicis eoꝝ venit interitus Quadraginta annis in deserto non arando. neqȝ seminando vixerunt laborem messis et arce nescierunt onus mole eis et coquendi panis necessitas nõ fuit Feminas quoqȝ eorum nulla texendi sollicitudo constrinxit mercãdi causa non institit Macellum nemo ꝑ cõparandis carnibus requisiuit sed hec omnia fuit verbum dei. et parauit eis mensam in deserto laboris et sudoris expertem Hec enĩ fuit natura manne. cibus cottidie nouus. et saporem sui pro desiderio vescentium subministrans Sed indumenta eorum et calciamenta et ipsorum etiam corpoꝝ natura oblita et infirmitatis sue Omni namqȝ illo tempore neqȝ indumenta attrita sunt eis. neqȝ fuit in illis ĩ firmãs medico nullus indiguit. medicamta nemo quesiuit. Eduxit enim in argento inquit et auro et non erat in tribub' eoꝝ infirmans sed quasi qui iam reliquissent mundum hũc. et ad alium meliorem prestantiorẽ qȝ transissent. ita eis cibus et potus absqȝ labore et sollicitudine ex verbo dei ꝑbebatur. et quod fuit super omne miraculũ ne forte acrior eos radius sol' adureret. vmbra nubis ꝑ diem desuꝑ tegebantur ꝛ cũ ipsis

quocunq abissent circumferebant
tecta illa celestia Sed nec noctis q̄ =
dem tenebre absq solatio relinquū
tur Lampas nanq eis ignis verbo
dei accensa lucebat. que non solum
illuminandi verum etiam et itine =
ris ostēdēdi ministeriū prebebat in
deserto. Quid vero de sequenti di
xerim petra aquarum fluuios emit
tente. Quid multitudinis auium .
que densitate sui terram texerunt .
vniuersam Nam in egypto que fa =
cta sunt mirabilia quid repetā q̄d
etiam virtutes que consummate sūt
in deserto. bella orationibus gesta .
et victorias sola dei inuocatione q̄
sitas. Non enim vt pugnantes. sed
vt choros agentes manum ꝓtensio
ne triumphabant Illud antē quo =
modo narrabo . quod quia egyptū
aquis ꝓ se pugnantibus statuerunt
muros iericho. in uoce tubarū p sal
morumq deiciunt. ita vt aduersa =
ris psallentium magis chori quam
exercitus viderentur hostiles. ⁊ qui
misteria magis putarentur cōsum =
mare q̄m bella. Hec autem cuncta
signa et ꝓdigia nō obhoc solum fie
bant vt vsus pplo tantum videret
expleri. sed vt doctrina agnitionis
dei. quam moyse tradente didice =
rāt. firmi⁹ eis et tenatius adherer
Hec enim omnia voces erant que =
dam deum celi et vniuersitatis do =
minum p̄dicantes Nā et mare hoc
clamabat. cum pedibus transierūt
hoc etiam cum extingueret aduersa
rios. hoc ille aque in sanguinem ver
se. hoc irruptio ranarū predicabat.
exercitus locustarum hoc eruca . et
sciphes oia i⁹ q̄ gesta sunt siue i egy
pto. siue in deserto ꝓdigia nuncia =
bant. manna ipsum et columna ig
nis. et coturnicum multitudo atq
omnia illa liber quidam erat eis et
litere. que deleri nunq possent nec
de consciencie eorum paganis ab =
oleri quas legerent et haberent sēp
in cordibus suis. et tamen post hec
omnia tam euidentia diuine virtu
tis insignia. et post vniuersam glām
que eis supra cunctos mortales da
ta est infideles extiterunt et ingrati
Caput namq vituli adorauerunt .
et deos quesierunt sibi alios fieri cū
tante talesq dei virtutes . alie ad
huc in oculis haberentur alie vero
recentem ⁊ nuper gestam seruarent
in corde memoriam At vero inneui
tarum ppls alienigena et barbar⁹.
nullis prius diuine ꝓuidentie be =
neficys assuetus. non legibus. non
mirabilibus non preceptis vll' aut
opibus illuminatus hominem vi =
dit habitu naufragum. vultu pere
grinum nec vnq ibi prius cognitū
primo statim ingressu dicentem ad
huc triduo ⁊ niniue subuertet. ⁊ ex
istis solis sermonibus conuersi sunt
ad timorem dei abiectisq cōtinuo
prioris vite malis ad virtutem se ⁊
iusticiam p penitentiam contulerūt
iam fideli satisfactione. vt diuinitus
iam ꝓmulgatam sententiam ꝓuo =
carent. et vrbem sisterent nutantem
metu excidij ac iam iamq pituram
Uidit enim inquit deus quia reces =
sit vnusquisq a uia sua pessima q⁹
modo recessit dic mihi magna erat
malitia eorum immensa iniquitas .
vulnera insanabilia Hoc enim indi
cat cum dicit Ascendit malitia eoꝝ

vsq ad celum Per hec quippe spacia magnitudinem peccatorum designans. sed tamen tanta hec eorum malitia que vsq ad celum fuerat extensa a tribus solis diebus vno peregrino ignoto et naufrago homine paucissimis sermonibus commonente ita. et extincta est et deleta vt tale a deo testimonium mererentur accipe dicente Et vidit deus q2 discessit vnusquisq a uia sua mala et penituit a malitia quam dixit vt faceret eis Vides quomodo qui intentus est et vigilat sui q meminit non solum ab hominibus non potest ledi etiam. si mille extrinsecus diuinis beneficys fulciatur non ei sufficiat ad salutem. q2 neq iudeis tanta mirabilia q i eos collata sunt pfuerunt neq aligenigenis quod nihil horum adepti fuerant obfuit Sed qm animo pposito q rectorum et ipso dederunt deo parua occasione sumpta plurimum pfecerunt equidem. cum essent vt diximus barbari et alienigene atq ab omni diuina institutione peregrini Quid vero de tribus pueris dicimus. in quos tot illata mala. virtutem tamen animi eorum nequaq ledere aut infringere potuerunt nonne pueri erant tenere etatis. et in primis statim vite inicys captiuitatem dominationem q perpessi exules patria. domo templo q extorres alienati patrijs legibus auulsi diuinis altaribus sacrifitijs purificacionibus q solemnibus. et ab ipsa psalmi voce detracti ad peregrina ducuntur et dominationem barbaram patiuntur. feris magis bestys qm hominibus traditi. nullam paterne doctrine vocem nullam pphetice commonitionis sermonem nulla sacerdotum aut pastorum solatia capientes Sic enim ipsi dicunt quia non est in hoc tempore princeps neq ppheta. neq dux neq locus ad sacrificandum in conspectu dei ad inueniendum misericordiam Sed et hoc accessit eis ad difficultatem rerum vt intra aulam regiam tenerentur et essent quasi in medium pelagus ab ducti vbi tempestates et turbines et pcelle et inmanium fluctuum ruine sine gubernatore sine nautis sine velo 7 remis nauigaturi pelagus immensum. et tamen. quia erat in sita menti eorum diuina philosophia et psentium rerum sciebant contemptui habendas esse caducas. fragilesq potentias. ac tumidam calcandam esse iactantiam pennisq fidei subnixi. volare nouerant ad celestia aulam regiam velut ergastuli squalorem ducebant Et rex quidem iubet eos mense sue participes fieri mense illius affluentis et tumide et immundicys atq execrationibus plene. s3 ipsis hec. abominationes erant non honori tamq agni inter lupos positi videbantur Quod autem mori edum sibi fame ferro q3 cet aut exbys que execrebantur vescendum quid ergo faciunt adolescentuli. Quid ait etas in matura Quid captiua conditio. Non dicunt quia necessitas nostra non latet deum. quod sub tyranno positi sumus. quod in captiuitatem. quod in seruitutem. retinemur non possumus obsistere crudelibus dnis supbisq victorib9

nihil bonum meditati sunt sed intē derunt animo ne peccarent do ꝛ facerent quod fieri non licebat Erat ergo eis cuncta que extrinsecus sūt aduersa et contraria. Neq̃ enī captiuis et nudis erant pecunie quibꝰ lenire possent imperantium ferocitatem nec amicitie vlla fiducia vt pote pegrinis neq̃ potentia aliqua vt pote seruis. neq̃ multitudine obtinere poterant Tres enim soli erant Quid ergo faciunt Quod solum in potestate habere videbantur verbō pcantur ennuchum qui super eos acciperat potestatem. Sed et ipm inueniunt metuentem ꝛ pro salute sua trepidum ne forte si poscentibꝰ eis pstare gratiam voluisset. suum caput traderet morti et ait. Timeo ego dominum meum regem. ne forte videat vultus vestros tristes pceteris pueris. et coetaneis vestris. et condemnet caput meum in mortē At illi sapientibus responsis adimunt ab eo omnem timorem et pscari gratiam suadent. Cumq̃ ipsi omnia que in se erant et in potestate sua fecissent adest cōtinuo etiam deus. et que in ipso sunt ipse iam cōplet. Non ergo solius dei est opus istud. sed iniciū datū ē ex pposito ipsorū Ipsi enī posuerūt in corde suo ne gustarēt de illicitis cibis. et cum hoc constanter et fortiter custodirēt affuit eis cōtinuo et iam dei nutus et bonū ppositū puerorū ad finē puocat gloriosum. Vides ergo qm̄ qui seipm non ledit. ab alio nō potest ledi Ecce enī i hijs puericia captiuitas solitudo. seruitus. potestas. purgēs. impia dura. metus mortis. nisi tyrannica. terror q̃ barbaricus Vicinus vero non aliquis vicinus ppinquus primus aut ciuis nullus nulla bonorū monita nulla solacia ꝛ horū omniū nihil omnino fuit qd eos leserit. quos ppositū et animus pprius non ledebat. quinimmo et econtrario cū oibus hys que supra enumerauimus in patrio adhuc solo positus ille populus vteret̄ pdesse ei tot extrinsecus ad minicula nequiuerūt. ad animi virtutē. qd cū ppria pdebat et deiciebat ignauia. Sed iterim pueri nostri primo omnium gloriosum istud obtinuere certamen. ne contaminarentur cibis imundis Et in hoc subacto et calcato tyranno. ad alia pducuntur celsiora et nobiliora certamina. Proponitur nāq̃ eis multo dirior sceleratiorq̃ illa priori conditione. Fornax igne succenditur barbarice in eos turme ipso tyranno seuiente cōsurgunt. cōmouetur omnis fera psis. et ad decipiendos pueros natio implacabilis ꝛ dira consurgit musica diuersa pparantur. nouoq̃ crudelitatis inuento musicis ignis et flamma coniungitur penarum mine terrorque mortis cum voluptate miscetur et tamen quomodo semetipsos non pdunt. sed quod in sua potestate est exeqnūtur et peragunt. ledi a nullo alio potuerunt. quinimmo et clariores ex hoc reddūtur. coronasq̃ nunc nobiliores sumunt multoquam dudum Vinxit quidem nabuchodonosor ꝛ misit in fornacem ignis. sed ledere nihil potuit immo et magnifice pfuit Maiorem nāq̃ eis gloriā tyrānica

crudelitas acquisiuit. Inmedio eni
fornacis positi. et barbarico in eos
incendio plusq flamma fornacis
ardente. clarissimam magnificam
q de hoste sumsere victoriam. Et
tres pueri captiui totam gentem
cum rege parit miracula et magnifi
centia ducere captiuos. Quorum
gloria seculis omnibus canitur et
canetur Sic ergo qui sibi ipse non
nocuit. alius ei nocere n poterit. n
enim cessabo frequentius pfessio
nis mee titulum recensere. Si enim
vt supra iā dixim⁹. neq captiuitas
neq seruitys. neq solitudo neq pa
trie amissio. et pximorum neq mor
tes. neq incendia. neq exercitus.
neq tyrannus crudelissimus tres
pueros tenere adhuc etatis capti
uos seruos pegrinos ledere potuit
aut deicere quid est quo possit ali
quando animi virtus infringi Sed
dicis Deus affuit. et ipse eos de in
cendio liberauit Et tu quidem si fa
cias omnia que in te sunt sperare de
bes et ea que a deo sunt Aderit nā
q et tibi si tu ipse prius non defue
ris tibi. Uerumtamen ego pueros
istos non pter hoc admiror. et bea
tos dico. quia ignis incendia calca
uerunt illesi. sed quia p patrys legi
bus vinciri voluerunt. et in forna
cem mitti atq ignibus tradi. In hoc
est eorum virtus et meritum Sta
tim nanq vt de igne eiecti sunt co
rone eis necti ceperunt ex illis sine
dubio verbis quibus cum omni fi
ducia et libertate responderunt re
gi dicentes. Non opus habemus
nos de verbo hoc respondere tibi. ē
enim deus noster in celis cui nos ser

uimus qui potest liberare nos de ca
mino ignis ardentis et de manib⁹
tuis rex liberabit nos Quod et si n
notum tibi sit rex quia dijs tuis nō
seruiemus. et imaginem aureā quā
statuisti non adoramus Ex his ver
bis illi iam coronati sunt. et in hac
confessione victorie sue palmam ce
perunt. In hoc fuit cursus eorum
quem in confessionis martyrio con
summauerunt Quod vero corpo
ra eorum tradita sibi ignis erubuit
et vincula dissoluit atq oblitus na
ture sue in medio fornacis exhibuit
eis celestis roris refrigeria hoc iam
gratie dei fuit quod voluit p ma
gnificentiam mirabilium notam fa
cere potentiam suam Illi vero in cō
fessione sua et fidei constantia coro
nati sunt et martiry sui gloriam cō
secuti Quid tu ad hec dicere pote
ris eciam si patria expulsus es vt isti
et iam si in captiuitatem ductus es.
et barbaris dominis seruisti Hoc et
istis accidit. si sine solatio si sine doc
trina. si sine commonitore. vixisti. nc
istis cuncta hec defuere vinctus et se
ct⁹ ad mortem ductus es et isti sed
p hec omnia transisti ex unoquoq
horum clariores nobilioresq ingres
si sunt Et iudei quidem habentes
templum et sacrificia et archam te
stamenti cherubin quoq. et ppicia
torium et omnia quibus cotidiana
sacrificia consummabant habentes
etiam prophetas. alios defunctos.
alios adhuc superstites qui eos et
d actib⁹ p̄sentibus informarent et d
antiquis dei beneficys commoue
rent. que in egypto fecerat cum eis.
que in deserto que et iam cum terrā

repromissionis ingressi sunt, et ibis omnibus non solum nihil profecerunt sed et in ipso templo ad insignia preuaricationis sue ydola collocarunt filios suos eis et filias suas immolantes sub arboribus etiam et in montibus prophana sacrificia consumantes. hi vero in terra barbarica in hostili solo sub tyrannica potestate positi flammis et mortibus traditi. non solum nihil leduntur. sed et maiorem gloriam capiunt. Hec ergo scientes et horum similia colligentes de diuinis scripturis. multa enim similia inueniet qui requirit exempla quibus agnoscat alios quidem sine ulla difficultate temporum. et necessitate causarum. nulla vi. nulla tyrannide cogente. collapsos. et alios hijs omnibus aduersantibus sibi. ne leuetur quidem a virtutis proposito fuisse cōmotos. indubitatam sententiam tenere debemus. quod si quis leditur. eandem namque que in principijs proposuimus etiam in fine firmauimus si quis iniquam leditur. a semetipso leditur. nec ab nullo alio. etiam si innumeri sint qui noceant. Et si omnes qui terram et mare habitant conueniant ad ledendum nocere nequaquam poterunt ei qui a semetipso non leditur. per dominum nostrum ihesum xpm filium tuum qui tecum viuit et regnat deus per omnia secula seculorum Amen.

Explicit neminem nisi a semetipso ledi.

Incipit Omelia S. Johannis de proditione iude.

Paucis hodie necessarium est fratres tractare vobiscum. Et ideo paucis. non quia vobis latius sermo sacerdotis horrescit nec enim aliam urbem tam auidam spiritalium repperies lectionum. sed quia ad misteriorum sacram ac venerabilem celebracionem festinare multos. inspicio. Ut igitur et celestis mense acietate perfruantur et nostro sermone non careant tractatus congrue temperet ut mea verba vestris cordibus sociantes cum debita reuerencia misterii deitatis archanum audiatis. Hodie dilectissimi fratres. dominus noster ihesus christus traditus est. Nam primante nespa iudei eum acceperunt Sed te non verbum tradicionis contristet auditum. nec cum percepis quod ihesus traditus est. dolore mouearis. immo ut doleas suadeo. predico. ut lacrimis et ut nimia te lamentatione contristes exhortor Sed ne proditum lugeas ne traditum fleas. sed proditoris factum ingemisce. et futura eius lamentare supplicia. Nam proditus christus. orbem liberauit vniuersam. Proditor gehennam meruit possidere. Traditus in celis patris sedet in dextera. Traditor apud inferos collocatus tormenta debita sceleratus expectat. et ideo lugendus est Nam et dominus noster illius delictum lacrimatus est. vt ait euangelista. Et cum vidisset eum turbatus est et dixit vnus ex vobis tradet me Quanta misericordia domini. traditus pro traditore dolet. proditus pro proditore turbatur. Et cum vidisset eum dixit vnus ex vob

tradet me. Simul et sue misericor-
die ostendit potestatem et nos do-
cet non eos qui mala patiuntur. sed
eos qui mala committunt. debere
miseros et dignos fletibus estimari
Hoc enim peius est. immo illud pe-
nitus malum non est Nam malum
pati. malum non est. Malum face-
re malum est. Et ideo malorum susten-
tatio. celorum regnum nobis pollicetur
Malorum autem commissio gehen-
nam minatur et tormenta promittit.
Beati namque ait. qui persecutionem
patiuntur propter iustitiam. quia ip-
sorum est regnum celorum. Uides
quod malorum perpessio mercedem
sperat. et sufferentie sue premium.
celorum meruit regnum. Audi ma-
lum committere. quanta supplitia
preparare consueuit. Nam paulus
dicens de iudeis. qui quidem dominum
occiderunt et prophetas persecuti sunt
insequentibus ait. quorum finis erit
secundum opera illorum Uides quod reg-
num persecutionem perpessi sortiun-
tur et iram persecutoris promerent
et hec sine ratione processit oratio.
nec inaniter verba prolata sunt sed vt
circa aduersarios nostros iracundi-
am temperemus. et patienter eos
toleremus. et magis eorum gesta dole-
amus. Illi enim vere mala patiuntur.
qui nobis mente insidiantur aduer-
sa. Sed et pro illis diuinam clementiam
exorare poterimus. si tamen talis ani-
ma nostra preparatur. ut possit conuersa-
tionis sue merito. aliis quoque prodesse
Et ut pro inimicis vestris oretis. qua
tridua commonitione deposco. ut assi-
dua persuasione verba mea cordibus
vestris inhereant. ut continuatione ser-

monitionis pectoribus vestris ira subla-
ta. furoris tumore sedato benigni-
tatis remedio temperet. Nam christus
non tantum inimicis nostris consuluit.
sed et nobis voluit esse consultum. Cum
aduersariis nostris peccata laxamus
maius enim beneficium cum concedis
agnoscis. et cum de inimici culpa dissi-
mulas. de tuis delictis solita benig-
nitate dominus exoratur. et inimici
peccata. solatium venie promeretur. Et
audi heli dicentem ad filios suos. Si
peccans peccauerit homo in homi-
ne. orabunt pro eo ad dominum. Si
autem in deum peccauerit homo.
quis orabit pro eo Uides quod illud
vulnus facile nec oratione sanatur
Et quod oratione non soluitur cum
peccatum concesseris inimico. tibi
quoque donatur Unde decem milia
talentorum in deum peccata dicta
sunt et centum denarii ita nuncupan-
tur Dimitte inquit centum denari-
os vt decem milia talenta dimittan-
tur tibi Sed de ratione inimicorum
habundanter huc usque processit ora-
tio. sed si placet ad tractatum propositio-
nis redeamus Tunc abiit vnus de
duodecim. iudas scariothis ad prin-
cipes sacerdotum. et ait illis. quid
vultis mihi dare. et ego vobis tra-
dam eum. Hec verba percepta sim-
pliciter apta monstrantur. et auri-
bus minus curiosis ingesta. plana
putantur. Sed siquis ea diligenti
sollicitudine scrutari temptauerit.
in singulis multum reperiet questio-
nem. et primum tempus inspicien-
dum est. Nec enim illud inaniter
euangelista monstrauit Non enim
simpliciter abiit sed addidit et tunc

Tunc inquit abyt. Tunc quando audiam. Tunc quando cognoscam et cur tempus diligenter ostendis. quid me docere disponis. Non enim tunc verbum inaniter addidisti spiritus admonitione loqueris diuino puocaris instinctu. nec a te verba passim funduntur. Quid igitur tunc est. Ante pditionis tempus. ante traditionis horam accessit meretrix vas alabastrum manibus portans et vnguentum domini supra caput effudit. Grandem fidem. multam reuerentiam. mirandam correptionem ostendit. Paulo ante meretrix subito pudica pcessit. Et profundis obruta peccatis. portum serenitatis agnouit. Et quando pstituta lupanar exiuit. tunc discipulus gehennam intrauit. Quando illa mercedem sui corporis abdicabat. tunc iste precium magistri sanguinis postulabat Quando illa osculabatur pedes vt susciperetur. tunc iste dni labia osculabatur vt proderet Ideo dixit tunc. vt non magistrum infirmitate accuses. quando discipulum repperis pditorem Magis etenim virtutem doctoris ostendit. qui et meretricem ad obediendum suo magisterio conuolare perfecit. Quid igitur. Qui meretricum mores voluit commutare. discipulum non potuit retinere Valde inquam. et incunctanter valuit retinere. sed necessitate nolebat bonum efficere nec vi trahere ad se curabat. Tunc abyt et hoc dabat nimiam difficultatis questionem. et ignaros pfunda disputatione conturbat. Abyt inquit non inuitatus a principibus sacerdotum. nulla necessitate constrict9 Sponte pcessit. et propria malignitate consilium genuit scelerate mentis nullo participe conuocato. tunc abyt vn9 ex duodecim Et hoc auget delictum detestabile proditoris Nam et aly discipuli erant qui fuerunt numero lxx Sed illi non tam manifeste. nec tanta confidentia sociati. nec illis interiora decreta commissa sunt. Isti autem. duodecim. fuerunt probati hec erat caterua regalis De hoc choro iudas egressus est de hac conuersatione pditor malignus exiuit. Et ideo ne quemlibet discipulum arbitreris. dicito numero gradum discipulatus ostendit. Et non pudet matheum ista conscribere. vt discas eum in omnibus seruare veritatem. nec celare ea que iniuriam referre putantur. Ea vero que vel iniuriosa demonstrantur. ipsam domini misericordiam clementiamqz declarant. qui proditorem suum latronem sceleratum tantis beneficys ampliauit. et vsqz ad ipsum pditionis tempus solitis admonitionibus tolerauit Nam admonebat. suadebat. et omni studio eum sanare curabat. Sed si ille sermonem respuit. si tanti magistri verba contempsit christus causatio est 7 meretrix testis est que de sua fuit liberatione sollicita Non g9 videndo meretricem de tua liberatione desperes sed et iudam cogitando non debes esse securus Vtrunqz enim periculosum est. et confidentia et desperatio Nam confidentia stantem euertit. et iterum desperatio post lapsum non admittit exsurgere Et io paul9

exhortatur dicens. Qui se putat sta re. videat ne caudat. habens exem plum vtriusqꝫ persone. Discipul⁹ cum se stare putaret cecidit. mere trix cum se cecidisse arbitraretur ex surrexit. Mens humana facile la bitur. Et omnibus mutabilis sen sus est. Et ideo nos vndiqꝫ tutare properimus. Tunc abijt vnus ex duodecim iudas qui dicitur sca rioth. Quid mihi eius patriam di cis. Utinam ipsum quoqꝫ nescire licuisset. Judas qui dicitur scario thIs. alter erat discipulus qui iu das Jacobi zelotes dicebatur. Et ne appellatione cognominis. fiat confusio personarum. nec errore. nominis proditor protegatur. pp terea hunc ab illo separauit. et il lum quidem de animi sui virtute. nuncupauit. Jstius malitie no men abscondit. Et ideo non dixit iudas proditor vt te doceat detra ctiones nescire; Et accusationes declinare. Tunc abijt vnus ex duo decim ad principes sacerdotum et dixit eis. Quid vultis mihi dare. et ego vobis trado eum. O puni ende vocis temeritas. O suppli cium. voluntatis. Proditionis. verba funduntur. de questu pac ta tractantur. Quid vultis michi dare. Et ego vobis trado eum; Dic iudas omnium sceleratissime. Hec te magister edocuit. Hec tibi tantus doctor ostenditur. Ideo diuitias debere contempnere pre dicabat. Ideo admonebat dicens Ne possideatis aurum aut argen tum. aut es in zonis vestris. vbiqꝫ tibi auidam cupiditatem peccunia rum excludens. non hec tibi persua debat dicens. Si quis te percusse rit in dexteram maxillam. prebe il li et aliam. Quid mihi vultis dare O crudelitas. Et ego vobis trado eum. Dic mihi que causa proditio nis est. Tradis magistrum. scilicet laceratus. audiam lesionem tuam. Forsitam quod tibi demonum tra didit potestatem. quod fecit lang uentibus subuenire quod mortuos resuscitare didicisti. Has bñficiorũ vices exsoluis. Quid mihi vultis dare. et ego vobis trado eum. O dementia immo cupiditas prodi toris. Cuncta enim mala cupiditas procreauit. hac affectatus magi strum tradidit iudas. Nam cupidi tas huiusmodi sortita est naturam captatas animas retinet. et omni bus nodis alligatus astringit et re rum obliuionem imponit. Et alie nationem mentis ostendit. Et a in de iudas captus cupiditatis insa nia. quanta beneficia respuit. con uersationis. mense discipulatus. ad monitionis suasionis. oblitus est. frenis cupiditatis impeditus. Et ideo paulus radicem omnium ma lorum cupiditatem nominat. quid mihi vultis dare et ego vobis tra do eũ. O vbũ toti⁹ supbie qd ñ he sit i faucib⁹. tradis eũ q̃ cũcta obuiat q̃ demõib⁹ ipat cui obtẽpãt maria. cui oẽs sbiacẽt ptãtes. vt igĩ vltro se traditũ fuisse demõstret audi qd fecerit eodẽ tpe cũ ad inuestigãdũ eũ venerãt cũ facul' ⁊ lãpadib⁹ ab ipo i trogãt vt quẽ q̃rerẽt dmõstrarẽt et eũ scire ñ potãt ⁊ iudas q̃ ad dmõ strãd venerat eciã tãta flãma lucere prodendum videre non valuit ⁊ iõ

euangelista ait. lampades et lumē
habuerunt. et non videbunt eum
Et christus eis diebus singulis pre
dicabat. quod eum latere non po-
terat proditurus. sed nec aperte
eum omnibus publicabat. ne im
pudentiorem faceret. nec penitus
silentio preteribat. ne celari arbi-
tratus audacter ad productionem
properaret. Et ideo frequenti ad
monitione clamat. vnus ex vobis
tradet me. Nec tamen magister pi
issimus publicabat. et de gehen-
na fuit sepissime locutus. et de ce-
lorum regno tractauit assidue vtri
usqꝫ meritum frequenter edocuit.
Et quod peccatoribus constitutuꝫ
est. et quod non peccantibus pre-
paratum ostendit. Sed hec om-
nia crudelis ille contempsit. et de-
us illum non traxit inuitum. Et
quoniam bona atqꝫ mala deus in
nostra deūs posuit. potestate. ele
ctionis liberum donauit arbitrium
Et inuitos non retinet. et volen-
tes amplectitur. Nam non spon-
te bonus. malitiam non amittit.
Et ideo iudas nimie cupiditatis.
precipitatus ardorem. ceca qua-
dam in prouisione deceptus. su-
am vendidit animam. Et sue salu
tis mercator extitit. et ait. Quid
vultis mihi dare. et ego vobis tra
dam eum. Et vt virtutem christi
etiam in hac parte cognoscas cum
ad capiendū eum aduenissent. vo
cem eius minime tollerare potue-
runt. sed omnes territi ceciderunt
Et quoniam nihil ominus in sua
impudentia perdurabant. ipse se
vltro commisit. ipse se tradidit.

Et hec diximus vt christum nullus
accuset. cur inde cogitacionem.
non mutauit aduersam. sed siquis
hoc dixerit audiet. Judas quem-
admodum corrigi potuit. sponte
an inuitus. Si inuitus. nulla cor-
rectio est. Nam mentis malitia ne
cessitate non tollitur. Si sponte.
omnia que meliorare animum po-
terant. audisse cognoscitur. Et si
remedium respuit. non medici vici
um est sed languentis. Et vt sci-
as eius crimen esse quod prodidit
non magistri sepius deus de prodi
tione predixit et totius eum philo-
sophie precepto. et sermone do-
cuit. et rebus ostendit. Dederat
ei demonū ptātē. gehenne tormēta
monstrauit. celorum regna promi
sit. secreta mentis eius et predice-
bat. et non publicabat. Pedes eiꝰ
cum alys lauit. mense facit partici
pem. nihil penitus pretermisit. sꝫ
ille in malitia sponte durauit. et oī
bus admonitionibus speretis. pro
ditor malignus emersit. Et vt eū
posse mutari. sed corrigi noluisse.
cognoscas. postquam eum tradi-
dit iactauit triginta denarios. ⁊ ait
Peccaui tradens sanguinem inno
centis. Quid est quando ab eo mi
rabilia gerebantur. et rebus osten
ditur Non dixisti peccaui tradens
sanguinem. sed quid vultis michi
dare. et ego vobis trado eum. Et
post factum scelus. post commissuꝫ
delictum post completam proditio
nem. post perfectum peccatum co
gnouisti peccatū. Ex hac re dilectissi
mi frēs edocemur quod neglegēti-
bus et desidiosis. facile admonitio

pdesse non poterit studiosis aut eti am admonitione cessante multum commoditatis accedit. Nam et iste quando magister admonebat non flectebatur. et quando nullus ad monuit excitata conscientia scelus cognouit admissum. et proiecit. xxx. denarios. Quid vultis mihi dare. et ego vobis eum trado. Et statue runt inquit ei. xxx. denarios. Dede runt precium sanguinis. qui preciu non habebat Quid accepisti iudas triginta denarios. Christus gratis aduenit sanguinem suum pro com muni salute fusurus. et tu de sangui ne crudelia peccata componis. qd enim crudelius isto contractu Tuc aduenerunt discipuli. tunc hec ge rebantur quando iudas de traditio ne tractabat. proximant discipuli eius et dicunt Ubi vis paremus ti bi comedere pascha Uide discipu los. vide discipulum. Isti sunt de p paratione solliciti. Ille dominici sa guinis mercator existit. Illi cogita tabant obsequium seruitutis. iste sceleris sponsiones exposcit O disci puli perdita mens. Una cum illis magistri admonitionis precepta di dicit. pariter beneficia perceperunt simul eius miracula cognouerunt Et iste solus crimen sua sponte con cepit. Ubi vis paremus tibi man ducare pascha. Hodierna vespera tunc fuit. Et quia dominus habi taculu non habebat. ideo ad eum dicunt. Ubi vis paremus tibi ma ducare pascha. Non habemus. domicilium. Non habemus ta bernaculum preparatum. suscepta culum non est. Audiant quibus e dificandarum domorum cura est. et ambitiosarum porticuum cogi tatur instructio. quos precioso rum marmorum pompa delec tat. et laquearium fulgentis auri conclusio. Cognoscant christum omnium dominum quod locum in quo caput reclinaret non habuit. Et ideo eum discipuli interrogant et dicunt. Ubi vis paremus tibi pascha manducare. Non illud qd nostrum est. sed interim iudeorum Et illud quidem discipuli prepa rabant. istud autem quod nostrum ipse constituit. et non solum consti tuit. sed et ipse factus est pascha. Ubi vis paremus tibi manducare pascha. illud iudaicum fuit pa scha. illud in egipto sumpsit exor dium. Et cur illud christus man ducauit. Scz quia omnia que sunt legis adimpleuit. Nam quando baptizabatur dicebat. Sic enim decet nos implere omnem iustici am. Ueni inquit de legis maledi ctione eximere homines. Nam de us misit filium suum natum de mu liere. Factum sub lege. vt eos qui sub lege erant redimeret. et ipsi le gi requiem daret. Et vt nemo di cat quod ideo eam euacuauit quia eam complere vt molestam et ar duam non valuit. ipse prius eam compleuit. et sic fecit requiescere. Ideo et pascha fecit. ex ipsius enim preceptione ca fuit. et cuius ca lex precepit mаducari pascha audias iudi circa

deum bonorum sibi omnium largi
torem fuerunt. effrenata diffidentia
contumaces. et eius beneficia obli-
vione preteribant. Nam post egy-
pti perfectionem. viderunt conscindi
maria. et denuo convenire. et alia
multa mirabilia et dicunt. faciamus no
bis deos qui nos antecedant. Ad hoc
inspicis quod miraris. et oblitus es lar-
gitoris. Quia igitur insensatores et
contumaces erant festivitatis celebra
tione beneficiorum memoriam robora-
vit. et ideo pascha sacrificari precepit
ut si te filius tuus ipsius pasche inter-
rogaverit rationem. respondeas quod
aliquando in egypto cum mortis
portitor speraretur maiores nostri
ne eversionem sustinerent. postes huius
agni sanguine linierunt. et vastator
angelus adveniens cum videret illa-
turus plagam non audebat intra
re. et illa festivitas perpetuam bene
ficii memoriam tribuebat Sed per
hoc etiam aliud maius beneficium
monstrabatur. quod ille agnus fuit agni
fuit typus et ille sanguis dominica
sanguinis monstrabat adventum.
Et ovis illa fuit spiritalis ovis exem
plum ille agnus umbra fuit. hic ve-
ritas. Sed postquam sol iusticie radiavit
vit umbra solvitur luce Et ideo in
ipsa mensa utrumque pascha. et typi et
veritatis celebratum est Nam sicut picto
res pingendam tabulam vestigiis qui-
busdam adumbrare consueverunt. et sic
colorum varietate perficere. ita et christus
fecit in mensa. Et typum pasche descri
psit et pascha veritatis ostendit. ubi
vis paremus tibi manducare pa-
scha. Iudaicum pascha erat. sed

umbra lumini cedat. Adnectata
imago veritate superetur. Hec ad
iudeos dico qui se pascha celebra-
re arbitrantur qui impudenti men
te proponunt azima. tamquam qui
corda non habebant incircumcisa.
Responde mihi iudee. qui fronte
celebras pascha. Templum ever-
sum est ara confracta. conculcata
sunt sancta sanctorum. omne subla
tum est sacrificium. et tu nimia teme
ritate committis illicita. Ingressus
fuisti aliquando babilonem. et cap
tivantes te dicentes audisti. canta
te nobis canticum domini et non ob
temperabas. Hec ostendens da-
vid dicebat Super flumina babilo
nis. ibi sedimus et flevimus in sali-
cibus in medio eius. ibi suspendi-
mus organa nostra. id est cytha-
ram psalterium. lyram. et cetera.
His enim iudei utebantur. et psal
mos istorum sono coniuncto can-
tabant. Et hec sua in captivitate
portabant. non ad usum consue-
tum. sed ut conservationis patrie
monimenta retinerent. Nam ait.
Ibi interrogaverunt nos. qui cap
tivaverunt nos verba cantionum.
Diximus quemadmodum canta-
vimus canticum domini in terra
aliena. Quid agis. Canticum do
mini non cantas in terra aliena. et
pascha domini celebras. in terra
aliena. Vidisti contumatiam. vi-
disti dementiam. vidisti mentis in
saniam. Quando preceptis ho-
stium cogebantur. nec psalmum
dicere ausi sunt. intra aliena Et nunc
nullo cogente. suo arbitrio propria

voluntate contra deum preparant bellum. Vides quod immunda sūt eorum azima. quod illicita festiuitas. quod non pascha iudaicum et fuit quidem aliquando pasca iudaicum. Sed exemptum et euacuatū est pasche spiritalis aduentu. quod christus tradidit. Nam cum manducarent inquit et biberent. accepit panem et fregit et dixit. Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Agnoscunt quod loquor qui sunt diuinis consecrati misterijs. et iterum accepit calicem et dixit Hic est sanguis meus qui ꝓ multis effūdetur in remissionem peccatorum. Et presens iudas erat. ista christo dicente. iste est sanguis. Dic iudas quem triginta denarijs vendidisti Iste est sanguis de quo ante cum phariseis pacta fecisti. O christi misericordia. o iude dementia. Ille eū triginta denarijs paciscebatur vt venderet. et christus ei sanguinem quem vendidit offerebat. vt haberet remissionem peccatorum. sic tamen impius existere noluisset. nam affuit iudas. et illius sacrificij cōmunicationē meruit. Et pedes eiꝰ q̄n aliorum discipuloꝝ lauit. vt excusationem sue malitie non haberet Sȝ ille detestandus sue mentis insidias cogitabat Sed iam nos ad terribilem mensam cum debita reuerentia cum congrua vigilantia oportunum tempus inuitat. nullus ibi iudas reperiatur. nullus malignus accedat. nullus veneno pungatur nec fucata verba lingua ꝓferantur. nec insidie mente condantur. sȝ qd voluntas possidet sermo declaret. Et nunc ille presto est christus qui illam ornauit mensam ipe istam quoqȝ consecrat Non enim homo est q̄ proposita de consecratione mense domini corpus christi facit et sanguinem. sed ille qui crucifixus pro nobis est christus Sacerdotis ore verba ꝓferuntur ⁊ dei virtute consecrātur et gratia. Hoc ē ait corpꝰ meū hoc verbo ꝓposita consecrantᷣ Et sicut illa vox que dicit. crescite et multiplicamini. et complete terram. semel quidem dicta est. sed omni tempore sentit effectum ad generationē operante natura. ita et vox iᵃ semel q̄dem dicta est. sed per omnes mensas ecclesie vsqȝ ad hodiernam diē et vsqȝ ad eiꝰ aduentum prestat sacrificio firmitatem. Nullus igitur fictus accedat. nullus fucato animo tantis audat misterijs ꝓximare ne condemnetur. et sententiam mereatur. et quod iudas sustinuit patiatur. Nam in illum post communicationem mense diabolus intrauit. non quia contempserat dominicū corpus sȝ quia impudentia iude et malignitas mentis. vt aduersaris in eum habitaret efficit. vt discas quod indigna et fucata mente misteriorum secreta celebrantibus a diabolo preparātur insidie. ⁊ magis ac magis a semulantᷣ qui n̄ equo aio cōmunicare festināt. et hec dico nō vt vos terreā sed vt cautiores efficiam Nemo sit iudas in mensa hoc sacrificium cibus spiritalis est. Nā sic corpalᷣ cū vētrē inuenertᵗ aduersis

humoribus occupatum et amplius ledit. magis nocet. et nullum prestat auxilium. ita et iste spiritalis cibus. si aliquem repererit malignitate pollutum magis eum perdet. non sua natura. sed accipientis vitio. pura igitur mens in omnibus pura cogitatio quia et sacrificium purum est. Sanctam animam preparemus. Et hoc non multo tempore. sed vna corrigitur die. Nam si tibi contra inimicum tuum dolor est. solue iram inimicitias laxa vt remedium de mensa percipias Ad sanctum ac terribile sacrificium properas. erubesce oblationis archana. occisus propositus christus est. et cur occisus est. videamus. vt celestia pacificet. vt in terra reconciliet vniuersa. vt amicum te constituat angelorum vt deo societ habenti omnium potestatem. Animam suam pro te dominus dedit. et tu inimicus conseruo perduras. et cum hoc animo ad mensam pacis accedis. Ille ne mori quidem pro tua vtilitate recusauit. et tu nec iram tuam conseruo pro tua liberatione concedis. Sed forsitan dicis. ab inimico fraudatus sum. multis me lesit dispendijs. magnis me detrimentis onerauit. Quicquid dixeris. pecuniarum vertitur causa. Non te crucifixit sicut iudei christum. et tamen ille effusum sanguinem ad salutem eorum qui effuderunt larga pietate concessit In inimicum deo est tumidum pectus. et audi quid ait. Quando offers munus tuum super altare et ibi memor fueris astans in altare. quia habet frater tuus aliquid aduersum te. dimitte ibi munus super altare. et vade reconciliari fratri tuo Merito nostre reconciliationis causa hoc sacrificium constitutum est Et si sacrificij precepta contempseris sacrificij remedium sentire non poteris. Comple illud cuius causa sacrificium factum est. vt sacrificio perfruaris. Ideo dei filius aduenit. vt humanam naturam dominice reconciliet pietati. Ideo et nos cum hec aciamus. suo fecit vocabulo nuncupari Beati inquit pacifici quoniam filij dei vocabuntur Hoc enim facis quod dei filius fecit si et tibi et alijs pacis volueris auctor existere Ideo te vocat filium dei. ideo in sacrificij celebratione nihil aliud nisi de fratris reconciliatione commonuit. Ad huc vellem dilectissimi fratris plura tractare. et extenso sermone orationis mee verba protrahere. sed hec dicta sufficiunt suis cordibus volentibus intimare Hec igitur mentibus inhereant. et in animis vestris glutinata perdurent Sanctum osculum teneamus. quod animas sociat. reconciliat mentes. et vnum corpus ostendit. quia vnum corpus omnes videmur esse sortiti. Et ideo misceamus nos in uno corpore non corporum commixtione. sed animarum caritate deuincti. vt sic diuine mense possimus fructibus sociari. Nam et si multis bonis conscientijs abundemus. reconciliatione contempta. nullum possumus solatium promereri. His igitur animaduersis cum omni simplicitate mysteria celebremus et accedamus ad mensam christi

cum quo patri omnis gloria. ho-
nor. virtus. vna cum spiritu sancto
in secula seculorum amen.

Explicit de proditione iude. Incipit Omelia de cruce et latrone

Odierna die nr̄ dn̄s pe-
pendit i cruce. et nos fe-
stiuitatē ei⁹ nimia leti-
cia celebrem⁹. vt disca-
m⁹ crucē toti⁹ spiritāl'
gratulationis eē sbstātiā Etem āte
ipm vocabulū crucis pena fuit. sed
nūc ad gliaȝ nūcupat Antea cōdē-
natiōis ferebat horrorē nūc salutis
indicium est Crux enim nob totius
beatitudinis cā est Hec nos a ceci-
tate liberauit erroris Hec et etene-
bris reddidit luci hc obellatos qeti
sociauit. hec alienatos deo coniūxit
longe constitutos pximos. psenta-
uit Hec peregrinantes ciues osten-
dit. hec discordie amputatio ē. hec
pacis firmamentum. hec bonorū
omnium abunda largitio. Isti⁹ cā
nullis angustijs deserti erram⁹ quia
iam nobis campi monstrati sunt ve-
ritatis Nec aulis regalibus habita-
re phibemur q2 adit⁹ iam videtur
inuentus. nec ardentes sagittas dia-
boli formidamus. quia fontes inue-
nim⁹. quib⁹ eaȝ flamma facile pos-
sit extingui Ideo viduitate carui-
mus. q2 sponsus expectatus adue-
nit. Lupū ñ possum⁹ formidare bo-
no et diligēti muniti pastore Ego in-
qt sū pastor bon⁹ Tyrāni ipy crud-
litate ñ tremur mãsueti regis vesti-
gys iherētes Hac de cā hodie gra-
tulamur. quia crucis beneficia me-
moramur. Sic et paulus precepit
propter crucem festiuitatem celebra-
ri. pascha nostrum immolatus est
christus Diem itaqȝ festum celebre-
mus non infermento veteri. neqȝ in-
fermento malitie et nequitie. sed in
azimis sinceritatis et veritatis. Et
sic adiunxit cā n. q2 pasca nr̄ȝ pnob
immolatus est christus. Uides cru-
cis intuitu perceptam leticiam. In
cruce enim immolatus est christus.
et vbi immolatio amputatio pecca-
torum Ubi amputatio peccatorū.
reconciliatio domini. Ubi reconci-
liatio domini. ibi festiuitas. et om-
nis gratulatio Pascha nr̄m pnob
imolatus est christus Et immolat⁹
inexcelsa cruce Nouum altare con-
stitutum est. et quia sacrificium no-
uum atqȝ omnibus inopinatum.
Nam ipse et sacrificium fuerat et sa- Sacrificium
cerdos. Sacrificium secundum car- Sacerdos
nem. sacerdos secundum spiritum
sanctitatis. Idem ipse et offerebat
et offerebat. Offerebat secundum
spiritum. offerebatur. secundum
carnem. Et audi quemadmoduȝ
paulus vtrumqȝ monstrauit. Om-
nis inquit pontifex qui de homini-
bus accipitur pro hominibus sta-
tuitur. Unde necessarium est. et istū
habere aliquid quod offerat. Ui-
de sacramentum. Ecce ipse se offert
Et alibi ait. Quia christus semel
oblatus multorum abstulit pecca-
ta Ecce hic oblatus est. ibi se obtu-
lit. Uides quemadmodum fuit.
et sacrificium. et sacerdos. Et al-
tare. Crux fuit. Et quare inqui-
es. Non in templo sacrificium.

illud proferebatur. sed foras ciui-
tatem. Et illud impleretur quia in
ter iniquos deputatus est et ob quā
causam in excelso ligno. et non sub-
tecto immolatur. Ut etiam ipsi⁹ ae
ris natura mundetur Hac de cau-
sa in excelso et non sub tecto. sed sub
celo vt vniuersus aer in excelso im-
molate ouis a tetro odore mundet̃
Sed et terra simile beneficium sen-
tiebat decursi de latere sanguinis
stillatione mundata. Ideo non sub
tecto non in templo iudaico. ne iu-
dei subtraherent sacrificium et sibi
met vendicarent Ne putares ꝑ illa
tantum plebe oblatum . ideo foras
ciuitatem. ideo foras muros. vt sci-
as sacrificium esse commune. quod
totius terre oblatio quod commu-
nis deploratio non partis. sicut iu
deis consuetudinis fuit. Iudeis et
enĩ ideo iussit omnem terram deus
dimittere. et in unum locum sacrifi-
cium atq; oblationem celebrare qz
tunc omnis terra immunda fuit fu
mo et odore. et alia contaminatiõe
polluta. que ex sacrificijs gentium
super ipsam celebrabantur Nobis
autem quomodo christus adueni-
ens omnem terram emundauit om
nis locus orationi vacat Ideo pau
lus cum omni confidentia exhortat̃
dicens. Uolo ergo orare viros in oĩ
loco leuantes manus sanctas Ecce
totus mundus emundatus est ele
menta purgata sunt. vt vbiq; nob
deum liceat predicare. et omnis ter
ra sanctior illo loco est. qui illo intē
pore predicabatur sancta sanctorũ
Nam ibi pecus irracionabile obla-
tum. hic spiritale immolatum est et

tanto maius est sacrificium quanto
et sanctitas de sacramento ꝓfertur
Hac de causa leticia nostra crux est
Uis quantum nobis ꝓstiterit. ⁊ ali
unde condiscere. Paradysum qui
q; et eo amplius annorum milib⁹
ꝓclusum hodie nobis patefecit hac
enim die. hac hora latronem xp̄s i
paradysum introduxit. et eius ame
nitates ostendit. Et vno tempore
duo beneficia vidimus esse conces-
sa Unum quod paradysum patefa
ctum est. aliud quod latro in eum
meruit introduci. Hodierna dies
antiquam nobis patriam reddidit
paternam ciuitatem ostendit. do-
mum pristinam redonauit. Hodie
nāq; ait mecũ eris in paradyso qd
ais Crucifixus es. clauis retineris.
et paradysum tam facile polliceris.
Uolo inquit vt in cruce possint oẽs
meam inuenire virtutem. vt in lig-
no mea largitas. demonstraretur.
Et qm̃ crux dedecoris fuerat signũ
et apud omnes ignominia putaba
tur crucis infamiam mirandis be-
neficijs decorauit. et ex hoc magis
magisq; virtus ostenditur Non ei
illo tempore mortuus reddidit lu-
ci. nec mare flatusue conpescuit.
nec minauit expulitue demonia. s;
cruce suspēsus. clauis afflixus om-
nibus subiugatus iniurijs totus d
decori succumbens infamie. insul-
tantium derisione delusus latronis
aduersam mentem valuit commu
tare. vt ex omni parte eius diuini-
tas sentiatur. Etenim vniuersam
terruit creaturam. et petras saxaq;
disrumpit. et omnium lapidum in
sensibilitate. animam duriorem ad

se traxit. et ad meliora conuertit. et
honore summo decorauit. Hodie
namqꝫ mecum eris ait ĩ paradyso
Et cherubim custodientibus para
dysum. latro ad paradijsum indu=
citur. Sed non mireris a domino
inuitatur Sed dicis. Sed ibi fra=
mea totius ignis ardore succensa
versatur. Sed ipse qui et ignis. et ip
sius gehenne. et vite mortisqꝫ impe
rium tenet. ingredienti potestatem
concessit Et imperatori quidem vt
quilibet habenti potestatem iniu=
riosum putatur. si personam vilissi
mam participem sui actus accipiat
Christo autem nostro non iniurie fu
it sacram ingredienti patriam. face
re ingressus sui latronem partici=
pem Nam secum eum perduxit. nõ
confundens calcantibus latronis
pedibus paradijsum sed honorem
prestans paradyso Honor etenim
loci est talem dominum ꝑ mereri.
qui et latronem dignum reddiderit
paradyso. Nam et cum publica=
nos et fornicarios ad celoꝝ regnũ
introduxit. non celorum regnum in
famauit. sed etiam magis honori=
bus ampliauit ostendens talem do
minum regni esse celorum qui et in
dignas intantum fecit meliorari ꝑ
sonas vt etiam illius dignitatis glo
riam mererentur. Nam sicut homi
nes quibus corpora medendi cura
est amplius admiramur. cum egro=
tos omni spe desolatos arte propa
curauerint. et summe reddiderint
sanitati. sic et christum nostrum iu=
stum est admirari donantem vulne
ribus sanitatem. publicano et mere
trici remedium pollicentem. et eis
salutem perpetuam largientem. vt
et dignos eos celorum amenitate
donaret Sed dicis Unde tanta be
atitudo latroni. Quid egit tale vt
post crucem paradysum mereatur.
Uis eius citius audire virtutem.
Quando petrus eum negauit inter
ra latro eum confitebatur incruce.
Et hec nõ me ad accusationem be
ati petri aliquis dixisse suspicet. qđ
longe a me conscientia sit sed latro
nis admirandam volo animam de
clarare. Primus discipulꝰ puelle
vilissime minas tollerare non va=
luit. et latro suspensus tormẽta sper
nens vndiqꝫ populum inspiciens.
circumstantem clamantem. ingen
ti ardentem rabie. omni iniquitatũ
furentem. blasphemijs inflammate
non timuit. nec crucifixi vilitatem q̃
videbatur inspexit. sed ipsius fidei
oculis hec cuncta transiuit. et humi
libus spretis cogitationibus celoꝝ
dominum exaltatum pura mẽte co
gnouit. et ipsius misericordiam ĩ cru
ce flagitauit dicẽs Memor esto mei
domine in regno tuo. Nec transito
rie istum pretereamus latronem.
neqꝫ erubescamus accipere magi=
strum quem non erubuit noster do
minus primum introducere in pa=
radysum Nec pudeat eius seq̃ ma=
gisterium qui celestem conuersatõꝫ
meruit ante omnes Sed diligenter
singula requiramus. vt crucis inue
niamus virtutem Non dixit ad eũ
sicut ad petrum. veni sequere me. et
faciam te piscatorem hominum nõ
dixit ad eum sicut ad duodecim. qꝛ
sedebitis super duodecim sedes iu
dicãtes. xii. tribus israhel. immo nc

verbo eum dignum estimauit. nihil admirationis ostendit Non mortuos resuscitauit. demones non fugauit. non mare prostrauit. nullum ei fecit de celorum regno sermonē nihil de genna locutus est. et ante omnes eius imperium confitetur. Et hec dicebat alio latroni aduersus eum plura dicentem et sepius insultantem. Nam et altera ex parte latro cum eo fuerat crucifixus. vt illud impleatur. et cum iniquis reputatus est. Nam iudei eius famam gloriamque infamare cupiebant et ex omni parte captabant. et temptabant vniuersa peruertere. Sed vndique veritas prefulgebat. et his aduersantibus augebatur Insultabat ei igitur alter latro Vidisti latronē et latronem. vterque pendet in cruce vterque furacis vite. similis vtrisque cōuersatio. sed non in vtroque mens vna nec in eo sensu mens vna perdurat nec in eis similis dominatur euentus. Sed vnus beatitudinem celi hereditario iure promeruit. alter ad gehennam mittebatur et penam. Sicut hesterno die discipuli. et discipulus iudas et vndecim Sed illi quidem dicebant. Ubi vis paremus tibi manducare pascha. Iste autem proditionis stimulatur ardore et dicebat. Quid vultis mihi dare et ego vobis trado eum. Illi ad diuinorum misteriorum sese officia preparabant iste traditiōis meditabatur officium Sic et hic latro vnus insultat alter adorat atque veneratur Unus blasphemat alter benedicit. et blasphemantem prohibet dicens Nec deum tu times Vidisti libertatem in cruce. vidisti philosophiam in tormentis. in pena prudentiam. Quod enim sui memor fuit quod mente sana vigilabat. clauorum confixione constrictus. quis est qui poterit non mirari. Sed iste non solum intra se fuit. sed et suas necessitates pretermittens. aliorū vtilitatem cogitabat et magister pēdebat in cruce et sanis persuasionibus alium inuitabat ad vitam dicens nec tu times deum Non igitur quod deorsum est adiudicatus inspicias sed sursum alia sunt iudicia constituta In terreno namque iudicio et iusti non nunquam condemnantur illicite et iniusti declinant penas. et rei liberantur et innoxii pregrauantur Aut enim sponte aut inuiti iudices errare consueuerunt. aut ignoratione iusticie. aut pecunie corruptione aut iniqua gratia sententiam protulerūt In celesti autem iudicio nihil tale esse conuenit Nam deus iudex iustus et iudicium eius vt lux procedit. non habens tenebras nec ignorantiam Et ne dicat quia iudicatus deorsum est et condemnatus celesti ei iudicium memorat tribunal illud terribile nominat et incorruptum tamquam dicens. illuc oculos tende et condemnationis sententiam minime sustinebis nec stabis deorsum cum corruptis iudicibus excipies sursum verum iudicium. vidisti philosophiam latronis. vidisti prudentiā vidisti magistrum. de cruce subito euolauit ad celum et in pena positus celestis iudicis secreta narrabat et abundanti eum persuasione compescens Non times inquit quia in eodem

iudicio sumus. in eadem pena. im pari discrimine Numquid et tu in cruce non es. et cum illum lacessas iniurys tibi supplicium preparas. Et sicut is qui peccato carnis ꝑgrauatur si alios peccati accusauerit. semetipsum prius accusat sic et qui in calamitate est si alys calamitates irriserit. sibi prius insultat quã ieo-dem iuditio sumus apostolica illi v-ba monstrabat euangelicos sermones enarrans Qui dicunt nolite iudicare vt non iudicabimini. quia in eodem iudicio sumus. Quid facis latro defendere eum volens participem fecisti latroni. Non inquit excusor hac suspicione sequenti sermone ꝛ ne ꝯmune participẽ eũ etiã peccati fecisse arbitreris sequentibꝰ declarauit dicens. Et nos quidem iuste. digna enim his que fecimus. passi sumus. Vidisti plenam confessionem. vidisti latronem in cruce suis renunciasse peccatis. Dic nam ꝙ ait tu iniquitates tuas prior vt iustificeris. Nullus impulit. nullus necessitate constrinxit. sed ipse sponte sua peccata publicabat dicens. Nos quidem iuste. digne eñ his que fecimus passi sumus iste autem nihil tale fecit. et postea ait Memẽto mei in regno tuo. Non est ausus dicere memento mei nisi confessiõe peccati sarcinam remisisset. Inspice quantum prestat confessio Confessꝰ ẽ et paradysũ patefecit ꝛ totã ꝯfessꝰ ẽ fiduciam meruit vt regnũ post latrocinium postularet Vides quantorum bonorum nobis materia crux est. Dic mihi regnum commemoras quid enim regni vidis. claui et crux est quod inspicis. sed ipsa crux inquit regnum est et ideo eum regem nomino. quia crucifixũ inspicio Imperatorium est pro oĩbus mori. et regis optimi ꝓ cõmuni vtilitate numꝙ̃ recusare supplicium. Ipse dixit quia pastor bonus animam suam ponit ꝓ ouibus suis Et ideo imperator bonus animam suam ꝓ his quos regit offerre festinat. Quomodo igitur animam suam pro nobis posuit. ideo eum imperatorem voco. Memento mei in regno tuo Vidisti quod crux regnum est volo et alia ratione cognoscas Crucem solam non reliquit in terra. sed secum eam leuauit ad celum Sed ais hoc vnde demonstrat Et ideo audi quo d cum ipsa veniet cum ipsa secundam gloriosam suã presentiam faciet. Ideo gloriosam crucem nuncupaui. Sed videamꝰ si cum cruce veniet. et hoc firma ꝓbatione monstrandum est Si dixerit ecce in ꝓmptu est christus ecce in deserto est. Nolite ire. De scdo eiꝰ glorioso dicens aduentu ꝓpť pseudo prophetas propter antichristũ vt nullus errore confusus. eum xpꝫ esse arbitretur quia christum ille ꝑueniet. et ne pastorem querens. lupum incurras Ideo pastoris aduẽtus signa predico. vt quia prior eiꝰ aduentus clam et latenter ostensus est ne et futurum talem arbitreris. signum tibi futurum monstrauit et ille ideo fuit latenter aduentus. qr venit quod pierat quesiturus Secundus autem non ita est Nã quẽadmodum exit coruscatio ab oriẽte et videtur vsq̃ ad occidentẽ. sic

erit aduentus filij hominis et subi-
to ab omnibus videbitur vt null9
interroget. vtrum hic aut illic chri-
stus est Et sicut coruscacione flam
mante superfluum est de coruscatō
ne requirere. sic post presentiam re-
quirere non necessarium est si venit
christus sed vtrum cum cruce veni
et requiramus Non enim hanc q̄-
stionem aliquando obliuione p̄teo
Et audi Tunc inquit. tunc quan-
do veniet sol obscurabit. et luna n̄
dabit lumen suum. Tanta em̄ lux
ipsi9 luminis preclarescit. vt ei9 ra-
dijs lumina clara vincantur Tunc
et stelle cadent. et tunc signum vid̄
bitur filij hominis in celo. Vidisti
gloriam signi. id est crucis Solis lu
men reddetur obscurum. lune non
dabitur gratia sed illud lumen ra-
diabit. et lucebit. Et sicut impato-
rem regalis pompa precedit. et mi-
litaris ordo preeundo vexilla hu-
meris portare consueuerunt et his ei9
declaratur aduentus. sic domino d̄
celo veniente angelorum cetus. et
archangelorum multitudo illud sig
num portant humeris excelsis. ⁊ re
galem nobis aduentum nunciant.
tunc mouebuntur virtutes celestes
et angelos tremor apprehendet. ⁊
vbiq̄ʒ multa formido. Et cur ange-
li trement Numquid et illi iudicio
tenebuntur. Non inquam. Sed si-
cut vehementem iudicem cogno-
scent. non tantum rei. nec solum cō-
scij. sed et circumstantes innoxij ter
rentur constantia. iudicantis. sic et
tunc natura nostra excipiente sentē
tiā celestis examinis. etiam hi qui
nulla mala conscientia preparant.
nimia terrentur formidine Sed cur
cum cruce veniat videamus Scili-
cet vt hi qui eum crucifixerunt sue
sentiant dementie cecitatem. et ido
impudentie eorum signum portat
Ideo propheta ait Tunc lamenta
buntur tribus terre videntes accu
satorem et agnoscentes peccatū. et
quid mirum est si crucem portans
adueniet quando et vulnera corpo
ris ipsa demonstratur. Tunc enim
inquit videbitur quem compunxe
runt. Et sicut post resurrectionem
thome voluit diffidentiam commu
tare. et illi clauorum loca monstra
uit. et laterum vulnera declarauit
et dixit Mitte manum tuam et vi-
de qm̄ spiritus carnem et ossa non
habet. Sic et tunc ostendet vulne-
ra crucemq̄ʒ demonstrat vt istū ostē
dat illū esse q̄ fuerat crucifixus Nec
tantum de cruce sed et de verbis ip
sis eius possim9 agnoscere pietatē
Nam crucifixus cum ei insultaretur
cum irrideretur cum inculcaretur.
dicebat Pater dimitte eis peccatū
Non enim sciunt quid faciunt ⁊ cru
cifixus ꝓ eis qui crucifixerunt orabat
et illi quidem dicebant. si filius dei
es descende de cruce Sed ideo de
cruce non descendit quia filius dei
est. Nam ideo venit vt pro nobis
crucifigeretur Descende de cruce et
credimus inquiunt. verba sunt ista
composita excusationis ac diffiden
tie Nam maiora eis mirabilia dm̄ō
strauit quando sepultus imposito
lapide surrexit. quando mortuum
cunabulis illigatum lazarum post
quadriduū resuscitauit. Et illi qui-
dem dicebant. si filius dei es libera

re iste autem omnia sustinebat vt il
los liberaret qui crucifixerunt. Di-
mitte eis peccatum quia nesciunt
quid faciunt. Quid ergo dimisit il-
lis. Peccatum dimiserat. si illos pe
nituisset Nam si illis non concede-
ret peccatum. nec paulus post eccle
sie persecutionem apostolus extitis-
set. nec tanta multitudo iudeorum
credidisset Et quia ingens numer⁹
iudeorum credidit Audi quid di-
cunt paulo apostolo Vides frater
quot milia iudeorum sunt qui cre-
diderunt Imitemur igitur domi-
num. et pro inimicis nostris orem⁹
Et iterum de hac admonitione tra
ctabo Nam ꝛ quinqꝫ diebus ꝺ hac
causa. meus ad nos sermo prolat⁹
est. non quia respuistis que dicunt.
sed quia spero vos assidua commo
nitione meliores efficere. Et siquis
tumidi pectoris inuenit. si quis ad
sedandas inimicitias durus est die
rum saltim sanctitate moneatur Ve
recundia temporis erubescat. et irā
suam inimico concedat. imitare do
minum deum tuum. Clauis fixus
in cruce pendebat. et ꝑ inimicis qui
eum crucifixerunt habuit cum p̄re
sermonem. Sꝫ dicis. Quemadmo
dum potero imitari. Mihi crede.
hoc imples facile. Nam si non po-
teras non dicebat Discite a me qꝛ
mitis sum. et humilis corde. si erat
imitare impossibile nec paulus dice
bat. Imitatores mei estote. sicut
et ego christi Si non vis dominuꝫ
imitari saltim stephanum apostolū
imitare qui dominum imitatus est.
Nam sicut christus dissimulata cru
ce contemptis clauis suisqꝫ despe-
ctis iniurijs. patrem ꝑ iudeis exora
bat sic et seruus stephanus lapidū
iactacionibus occupatus. iniquoꝝ
circundatus insidijs. confractis oī
bus menbris. fauciat⁹ corporis do
lore contempto pro lapidantibus
deprecabatur. et ꝑ inimicis orabat
dicens Domine ne statuas eis hoc
peccatum Audisti verba domini au
disti verba serui. audisti verba filij
audisti verba apostoli Ille ait. pat
dimitte eis hoc peccatum. non eīm
sciunt quid faciunt. iste ait domine
ne statuas eis hoc peccatum Et nō
verbis tantum. sed nimia eum affe
ctione deprecabatur Et ideo effle-
xis genibus eius cum lapidabatur
orabat Vis et alterum seruum qui
maiora sustinuit demonstremus.
Paulus a iudeis inquit ter virgis
cesus sum. semel lapidatus sum.
nocte et die in ꝑfundo maris fui. ꝛ
post hec orabat ꝑ fratribus suis. ꝑ
cognatis secundum carnem. Vis
et alterum nō de nouo sed de vete-
ri testamento cognoscere. Nam h°
plus admirationis affert. quod vbi
inimicos amare non iubebantur.
sed oculum ꝑ oculo dentem pro dē
te. et vbiqꝫ tali onere pro vindicta
apostolica philosophia gerebatur
et audi Moyses de lapidatus a iu-
deis sepiusqꝫ contemptus quid ait.
Si dimittis ei peccatum dimitte.
sin autem et me dele de libro quem
scripsisti Vides singulos alienam in
commoditatem sue saluti prepo-
re. Nihil peccasti. et cur participes
desideras esse supplicij Cur pene cō
iunctus. cur tribulationi socius cur
effectus detrimenti consortiū Quā

moyses

locunditatem . quid beneficy . Cū
aly puniuntur sentire possum . nec
fructum mee commoditatis agno-
sco . cum teneantur alij laceratione
supplicy Suffecerant quidem ad
emendationem nostre mentis exem
pla plata. sed vt firmi? corrigamus
elium quoqz huius philosophie pre-
cepta seruasse monstrabo. Beatus
ille et mansuetus dauid . cum exer-
citus suus in manitate quadam fu-
isset arreptus. et filius eius absalon
contra patrem tirannidem exerce-
re voluisset Cum postea deus con-
tra eos fuisset iratus . et dauid vi-
disset angelum frameam inferentē.
et plaga vniuersos deperire ait. ego
pastor peccaui. et ego pastor malū
feci. Fiat super me manus tua & sup
domum patris mei . Vidisti vbiqz
omnium communem philozophi-
am . Et alter quid gesserit pcipe vt
abundanti corrigaris exemplo Sa
muel propheta sustinuit iniuriam
iudeorum remotus ab alys est. & dū
deus illi solatium voluisset afferre
ait . Non te exprobrauerunt sed me .
Et ille qui exordinatus fuerat . qui
contemptus ait Mihi absit pecca-
re. intermittendi orare p vobis do
minum peccatum arbitratur min?
p inimicis orare Christus dicit pa
ter dimitte illis peccatum . Non eni
sciunt quid faciunt. Stephan? di-
cit. domine ne statuas illis hoc pec
catum. Paulus ait. Optabam ana
thema esse ego ipse a christo p fra-
tribus meis qui sunt cognati mei se
cundum carnem Moyses dicit si di
mittis illis pctm̄ dimitte. sin aūt. &
me dele de libro quem scripsisti. Qu

uid ait. fiat manus tua super me. &
super domum patris mei . Samu-
hel ait. Mihi absit peccare intermit
tendi orare. p uobis dominū Quā
igitur veniam mereri poterim? de
um . si tantorum seruorum de ve-
teri atqz nouo testamento. non imi
tamur exempla vt pro nostris inimi
cis oremus. Si forsitan aliud facien
tes. contra inimicos oramus. Noli
te fratres nolite deprecor. Nam quā
to plura sunt exempla que diximus
tanto imitationis merces augetur.
Melius est p inimicis q̄m p amicis
orare Nec enim tantum nobis pro
stat p amicis oratio. quantum pro
inimicis deprecatio Si diligitis in
quit eos qui vos diligunt. nihil ma
gnum facitis . etenim publicani hō
faciunt . Ut sciatis quia si p amicis
oramus nondum publicanos vici-
mus . Sed quando diligimus ini-
micos deo inquantum possumus
similes sumus qui solem suum oriri
facit super bonos et malos. Igitur
domini imitatores simus. Estote
nanqz ait similes patri vestro qui in
celis est. vt et celorum regna merea
mur . Per christum dominum no
strū. cui est glīa in secula seclo&. Amē.

Explicit omelia de cruce et latrone. Incipit omelia iiia.

HOdie incipiam? kmī
de crucis tropheo pdi
care. et honorem? hanc
diem . magis autem
coronemur. celebran-
tes hunc diem Nec enim ex uerbis
nostris honorificatur crux. sed ex fi-
deli nra ɔfessiōe coronas merebim?

crucis. Hodie crux fixa est, et secu//
lũ sctificatũ est. Hodie crux fixa est
et demones dispersi sunt. Hodie
fratres crux fixa est. et mors subuer
sa est. Hodie crux vicit. et mors vic
ta est. Hodie diabolus vinctus est.
et homo solutus est. et deus glorifi
catus est. Hodie apud iudeos ter//
ra contremuit. et apud nos orbis
terre firmatus est. Hodie apud iu
deos quia mente audaci contra dñ
vadunt. petre scisse sunt. Hodie a//
mabilis deo pietas vniuersum con
suit orbẽ. Dicebat enim que pieta/
tis erant coniũgi. ea autem que insi
delitatis disiungi. sicut et dauid di
cebat. Disrupti sunt et non sunt cõ
puncti. Hodie apud iudeos ab ho
ra sexta. vsqꝫ ad horam nonam sol
obscuratꝰ est Non enim ferre pote//
rat cetera iniuriam creatoris. Re//
traxit radios suos. ne videret impi
orum facinora non qđ deitatem in
iuria tangeret. sed quia que audaci
superbia fiebant. in contumeliam
eius reputabantur. Hodie apud
iudeos tenebre sunt. apud nos aũt
nox in diem conuersa est. Etenim
pietati hoc proprium est. vt in tene
bris fulgeat. impietas autem et si in
lumine fuerit. tenebrescit. Fidelibꝰ
nox in diem mutatur: infidelibus
autem etiam ipsa lux tenebrescit. et
de fidelibꝰ quidem scriptura dicit.
quia tenebre non obscurabuntur a
te. et nox sicut dies illuminabitur.
in fideli autem et dies in noctem mu
tatur. dicente scriptura. Palpabũt
sicut ceci parietem. et ambulabunt
in meridie sicut in medio noctis ho
die adam eiectus est de paradiso.
et hodie latro in paradysum ingre//
ditur. Exyt fur. et introijt fur Exyt
preuaricator et in gressus est latro
Exyt contemptor verbi. et intro//
ijt confitens verbum. Exyt contẽ//
nens salutẽ. et introyt de cruce mer
cans salutem. Scio et ante me dixis
se de latrone. sed habet diuersas in
telligentias dei sermo. Iste latro đ
ligno mercatur salutem. hic latro
furatur celeste imperium. Uim facit
maiestati. non virtute ꝓpria sed fi//
de vincens. Ipsius domini vox est.
Regnum celorum vim patitur. et
violenti diripiunt illud i cruce duo
latrones. imago iudeorum et genti
lium. Latro qui penitet. imaginem
optinet populi ex gentibus congre
gati. qui prius in errore ambulaue//
rat et post hoc veritatem. agnouit
imaginẽ vero latro ille optiet iudo
rum qui vsqꝫ in finem perseuerat la
tro. et vsqꝫ ad tempus quidem cru
cis viam malignitatis ierunt. crux
autem diuisit vtrũqꝫ. Uiã nanqꝫ ci
uitatis et perditionis qui non credi
dit ingressus est viã aũt salutis qui
credidit ingressus est. viã salutis q
credidit adeptꝰ est. In cruce didi/
cit latro differentiã viarũ qm̃ nouit
dominꝰ viã iustorum. via ãt impio
rum peribit. Et vide dei iustũ iudi
cium vt dicas et tu cũ propheta.
Iustꝰ es domine. et rectum iudiciũ
tuum Propter vnũ peccatũ dam/
natur adam. ⁊ propter vnã fidei vo
cẽ latro saluatur Unum peccatum
eiecit illum et vna iustitia introdux//
it istum. et latro habitator factus
est paradysi O admirãda rerũ ma
teries Nec abrahe data est ꝑ vocẽ

repromissio paradysi Hereditauit quidem p fidem repromissionem. autem paradysi nemo ante latro n nem accepit. Hic autem perscrutās diligentius vetus testamentum et nouum. nullum ante latronē inueni es repromissionem paradysi meruisse non abraham. non isaac. non iacob. nec moysen. nec prophetas nec apostolos. sed ante omnes reperies latronem. Audi igitur dominicam vocem. Amen amē dico tibi hodie mecum eris in paradyso. Uocauit quippe deus abraham dicens Exi de terra tua et de cognatione tua et non dixit illi hereditatem capies paradysi sed veni in terram quoniam monstrauero tibi. Et ysaac qđ est typum christi portauit, et iacob colluctatus in figura cum deo est. Et moyses legē accepit. et p repmissionem audiuit bona terre manducaturum se esse. si legem domini dei sui custodisset. et nusq̄ repmissio paradysi ante latronem Necessarium est ergo querere. cur huic ante alios. et āte tales viros fide dignissimos potissimum repromisit. Credidit abraham deo. sed credidit illi de celis loquenti. et per sanctos angelos sermonem proferenti. et de p pria auctoritate legem danti. Credidit et esayas. sed in gloria consistē ti. Uidi enim inquit dominum sedentem. super thronum excelsum et eleuatum Credidit et ezechiel. s3 et ipse dn̄m sup cherubin ɔtēplat⁹ est Crediderunt reliqui prophete s3 diuerso modo dominum glorie intuentes. sicut videre possibile humane erat nature Credidit sicut dixi et moyses. sed de medio ignis loq̄nti. et in tube clangore et tonitru q̄ et infidelem poterant prouocare. hec autem dico non vt sanctis deroge3 absit. sed propter eum qui solus p verbum meruit paradysum. iste g⁹ vidit saluatorem nō super throno regali non adorari in templo. non loquentem de celis. non per āgelos disponentem. sed in pena sociatum latroni. videt in tormentis. et tanq̄ in gloria adorat. Uidet in cruce et rogat quasi in celis sedentem videt condemnatum et regem inuocat. dicens Domine memēto mei cum veneris in regnum tuum. Crucifixū vides et regem predicas. In ligno pendere cernis et celorum regna meditaris O admiranda latronis cōuersio Numquid nam scripturas legisti ab iniquitate non cessans. Nūquid nam prophetas audisti homicidia exercens. Numquid nam diuinum audisti sermonem quando ad cedem gladium accuebas Und eruditus es talia philosophari de christo. Judei crucifixerunt q̄ nouerunt legem et prophetas legerunt. et tu horum ignarus deum vocas condemnatum. et adoras crucifixū Quis te erudiuit o latro talia d ep dicere. Non me inquit lex docuit. sed sol occultans lumen suum Uidi quidem crucifixum. sed terremotū sensi. et propter parricidas iudeos elementa indignantia intellexi. Et petere quidem scindebantur. et corda hominum non metuebant. Scisse sunt petre disruptum est velum templi et iudeorum secreta patuerūt Et hoc velū qđ ē erat s3 p̄ciosissimū

qd i dieb⁹ celeberrīs suspēdebāt pcō sissim⁹ valde de purpura ⁊ abysso ⁊ cocco ⁊ auro ⁊ bico ⁊ iacī⁹ ɔtextū i i⁹ ei tpe cruce terra mota ē . sol fugit petre scisse sūt velū disrup⁹ ē mōumēta patuerūt ⁊ sic glā dn̄i ē vbi velū pēdet habitāte ītrīsec⁹ dn̄o dn̄i . sic ignomīa tēpli ē vn̄ recessit sp̄c scs p⁹q̄ ei ipias ifiliū dei ītulerūt mā⁹ iiuria do facta ē q̄ habitabat i tēplo ⁊ io recedente dn̄o deserta remāsit dn̄i sic ipe dixit ecce relinq̄t dn̄⁹ vr̄a deserta egresso rege glē . disrupta sūt symbola regni apta sūt mōuīta ⁊ surrexerūt mortui ⁊ itrauerūt i scām ciuitatē vt i excusabilē reliqrēt cām ⁊ dn̄i resurrectio firmaret si fili⁹ dei es descēde de cruce ⁊ ⁊ credi⁹ tibi ɔsida nc̄ vocē filio⁊ diaboli qūo imitāt vocē p̄rnā diabol⁹ dicebat si fili⁹ dei es mitte te deorsū ⁊ iudi dicūt si fili⁹ dei es descēde de cruce ⁊ credi⁹ tibi parit crucifigūt latrōes n̄ tāq̄ iimici latronū p̄ticipes ei erāt sceler̄ eo⁊ s⁊ vt ifāarēt dn̄m suū q̄ n̄ sn̄ cā crucifix⁹ sit s⁊ q̄si q̄ facinoros⁹ iuēt⁹ sit n̄ tacuit esaijas tragedie h⁹ narrato⁊ dicēs obiniq̄tatē ppli duct⁹ ē ad mortē ⁊ cū iniq̄s deputat⁹ ē h⁹ ē cū latrōib⁹ q̄b⁹ ideo sociarūt xp̄⁊ vt macularēt dn̄i passiō⁊ . vt sciatis q̄ n̄ oderāt latrōes . audi pilatū dicētē quē vultis ⁊ imittā vobis ihm̄ an barabbā q̄ ppt homicidiū iniculātēebat ⁊ illi dixerūt dimitte nobis barabban latrones petierūt latronē dn̄⁊ añt crucifixerūt . Nō virtute sua vincentes . sed dispensationis et prophetie impleatur voluntas . Dicit illis pilatus . Regem vestrum crucifigam . At illi dicebāt Nos non habemus regem . nisi cesarem Abnuerunt dei regnum ⁊ traditi sunt regno romanorum . quia quod habuerunt non intellexerunt ideo quod petierunt . acceperunt . Coronauerunt crucifixum spinis . obtulerunt ei fel et acetum . Et hec ipa futura olim p̄dixerat moyses dicens Generatio praua et exasperās hec dn̄o retribuisti . Et qui dedat māna ide hbro . huic te fel offers . ⁊ q̄ de terra tibi delicias p̄duxit . tu illi spineā imponis coronā . Ideo clamat esayas dicens . Sustinui vt faceret vuam fecit autem spinas . Dicunt iudei . Sanguis huius super nos ⁊ et super filios nostros illis ad condemnationem . nobis autem ad iustificationem . Sanguis christi illis ad mortem . nobis vero ad vitam . Non est enim sanguis christi deterior babijlonio igni . Ille scit sancto⁊ rum in camino honorare corpora . et chaldeos cōburere quanto magis sanguis ille preciosissimus scit p̄dere icredulos ⁊ saluare fideles . Decuit eni᷑ splēdorē crucis obcecare ifideles ⁊ illuminare credētes sola ei xp̄i crux ē q̄ dissoluit tenebras . ⁊ regnū demonū dissipauit ⁊ oē⁊ terrorē malignātiū abstulit . crux scita tē p̄uidit . crux nob sol iusticie facta ē vt illumiati mia e⁹ glorificem⁹ patrē ⁊ filiū ⁊ scm̄ sp̄m i secl̄a secl̄o⁊ A

Explicit Omelia secunda de cruce et latrone . Incipit o . 3 Jo . de cruce dominica



Quid dicam quid loquar . quid vobis nomen impono . Oues an pastores nautas a

Mi

gubnatores discipulos ā mgros.
Quicād modū zelum vrm igneū
admirabor Oues vos vocabo etei
estis quieti .z mansuetudine pleni
pastores vos dicā eteni vestr estis
dnm imitātes. Nautas appellabo
nā restis expimito mlto tēpestiuam
hiemē sustinēs gubnatores vos di
cāz ei est sic pitiss i⁹ gubnator artifi
ciū argutō tēpestine aspitiat effugiet
molē z integrā ad trāqllū portū ddu
cēs nauē s3 discipl'os vos vocabo z
hō q3 estis pati ad obedietiā s3 mgr
os vos dicā. etei est mihi ei n pigr
ē sepi⁹ toti⁹ mdi vos vocare mgros
qd g dicā ā q d loqr qlit vos vōbo
oues an pastores nautas an gubna
tores discipl'os ā mgros aut quō ze
li vri exaltabo pcoia qd g dici⁹ hoc
volo msā voб appōē spitlē n corp⁹
reficiētē s3 aia3 lucidātē tal etei ē em
sa spital n sic ia q vētrē onerat z obtū
dit aia3 s3 sic ille q cū mir alid cō
medit odorē suauitat eructat pmo
ei ē spirital z n solū semetip3 odore
fat bono s3 z pxios suos replet suaui
tat dulcedie extēdite vosmetipos
verbum enim proferre volo et im
more natantium. Qui se enani pe
lagi profundo cōmittunt z dorsū ā
bulās cōcā i q margata lat3 pdrāc
ita z nos hntes p naue eccla3 pgub
nacul crucē p gubnatore xp3 ppre
pre3 p uēto spm scm p velo gra3 p
nautis aplos p nauigātib⁹ pphes
p mari vet⁹ testamntū z nouū cōmit
tam⁹ nos pelagib⁹ pfūdo ad pdrē
dū i scripturis diuis margaritā latētē
Parate aios vros z tota itētiōe m
tis q dicūtur audite Cupio eni hoc
sctā scripturaz pfūdo dscēdre z ind
voб pferre pciosissimā margaritā.

nolite qso neglegēter audire scriptū
ē ei ne mibitis margaritas meas an
porcos. z ne detis sācta mea cāib⁹.
cū āt porcos. audis z canes hmōi ne
d brutis aialib⁹ estimes dici Porci
em sunt q vitā suā cenose libidini z
voluptatib⁹ seculi māciparūt canes
vero omnes heretici qui contra cre
atorem suum blasphemiarum ex
tendūt eloqa facire g⁹ vos dignos
ad suscipiēdū pciosissimā marga
ritā quā voб apponere cupio sic ei
agricola pitissim⁹ n incassum semi
nat s3 p⁹ iūgit boues z aratrū ducit
z scidit trā z spinas eradicat z sic d
mū cōmittit semia sua. vt cū dscēde
dret d celo pluuia cōmdata tre cō
foueat semia q n stati pducit spicā
s3 hieme i tra manet z verni tpis su
scepta pluuia z sol calore dnota erū
pit i spicā z sic apta fit ad metēdū z
trita horreis recōdit ego āt n hic
mē n vernū n sol radios n ibrē neq3
boues iūgā nec aratrū trahā neq3 p
scidā neq3 spicas euellā s3 hodie se
minabo z hodie metā n opabor ir
rōnabilē trā. s3 rōnabilē n isensibilē
s3 sēsibilē n ex aimē s3 aia3 hntēz be
at⁹ eō hmōi tre agricola dputabor
Tūc em beat⁹ sum qn i aures audi
ētiū loquor. scriptū ē em beat⁹ q lo
qtur i aures audiētiū qr scripta in
obidiēti mortē cōmiat. beat⁹ g⁹ e⁹
beati vero z vos Nā z dns ihes⁹ i
euāgelio discipul suis dicit. Beati
estis si verbū meū huaueritis Extē
dite g⁹ vosmetipos z i tēta aure q
dicunt audite volo em qsi qndā cō
patō3 oūdere fingam⁹ dū qsi hoie3
sedētē i excelso mōtis vertice. z exin
de pspiciētē vniuersū mare nauesq3
transeuntes aliam quidē velificātē

Et tempestatem violentia pacien-
tem ventoꝝ. sed gubnatore peritis-
simo regente vndarū moles buc il-
lucq̈ʒ diuidēte illesam i portū dedu
cere nauē. alijs āt ꝓspero cursu re-
ctā viam p gentib⁹. alijs vero nau-
fragiū sustinētib⁹ et paucos exinde
homines adiumēto aris alicui⁹ ad
litus euadentibus alijs vero moriē-
tibus. ita est ꝛ deus. omnia ꝓspiciēs
Quando autem dixero deum sedē
tem in excelsis. vbiq̈ʒ enim credite eē
ꝑsentem Nec enim locoꝝ distantia
retardaṫ cum ipse sibi sit loc⁹ ꝛ ipē
omnia capiat. capiat aūt eū nichil
Que enim capacitas potest incorp
alem ferre naturam immobilem. et
sine fine et inuestigabilē. et i cōuerti
bilem. et in comprehensibilē q̄ oia
deus est Sic oportet nos credere d̄
deo Hec em̄ ē nr̄a sal⁹. Hec ē āt et
na vita. vt cognoscant te solū verū
deum. et quē misisti ihesum christū.
In hoc nanq̈ʒ capitulo reprehende
re nos ingrati heretici volunt qui
legentes non intelligunt que legūt.
xp̄m āt cū audieris hīē n̄ solūmō
deū putes. sed deū ꝛ hominē crede
Scio nāq̈ʒ esurisse xp̄m. ꝛ scio xp̄m
de quinq̈ʒ panib⁹ et duob⁹ piscib⁹
saciasse q̄nq̈ʒ milia hoīʒ except⁹ par
uulis ꝛ mulierib⁹ Scio xp̄m sitisse.
scio xp̄m sup aquas pedibus ambu
lasse. Scio xp̄m mortuū. ꝛ scio xp̄ʒ
mortuos suscitasse Scio xp̄m pila-
to astitisse. et scio xp̄ʒ ad dexterā pa
tris cōsedisse Scio xp̄m lapidatū. ꝛ
scio xp̄m ab āgelis adorari. Et que
dā q̄dē refero deitati. q̄dā āt assig-
no humanitati. q̈ɀ noui xp̄m d̄ ma-
ria natū. ꝛ scio xp̄m an̄ oia secla ge-

nitū ꝛ apud d̄m sp̄ d̄m eē v̄bū. Glo
rificem⁹ ergo xp̄m ih m̄ mu꞉ꝰ i expu
gnabilē fundamētū qd̄ sup petrā fū
datū est ipse enim dicit petro. Tu
es petrus et super hanc petrā fun-
dabo ecclesiam meam. et porte infe-
ri non preualebunt aduersus eam
sicut beatissimus paulus dicit. Fun-
damentum autem nemo potest po
nere preter id quod positum est qd̄
est christus ihesus. Rogo ergo dilec
tionem vestram. vt in hac vita po-
siti exhibeamus nos irreprehensi bī
les inuicem sufferentes. inuicem in
struentes. Non est enim regnum dī
esca et potus et diuitie ꝛ iactantia.
sed pax et gaudium in spiritu sanc-
to. Timeamus namq̈ʒ iudicij se ue
ritatem. et penam gehenne Non er-
go demus locum diabolo. sed resi-
stamus ei. Non enim est nobis pu-
gna aduersus carnem et sanguinē.
sed aduersus principatus et pote-
states. aduersus mundi istius per-
uersos spiritus. Festinemus ergo
effugere eternam penam. Nec enim
propter nos pena facta est vt in ip-
sam mittamur. sed vt liberemur ex
ipsa. Talem enim habemus deum
amatorem generis humani. miseri-
cordie atq̈ʒ clementem. qui nos ad
se conuersos de gehenna liberat
Testificatur nanq̈ʒ dauid dicēs de⁹
iudex iustus fortis et paciens. num
quid irascitur p singulos dies. Nisi
conuersi fueritis gladium suū fibra-
bit et arcum suum tetendit ꝛ para-
uit illū et in eo parauit vasa mortis
sagittas suas ardentibus operatus est
Hec āt de⁹ nō vt nos iudicet. sʒ vt
sollicıti simus. ꝛ precepta ipsius ob-

seruimus. Quod si contemnimus, inexcusabiles sumus. Nã et si voluisset nos perdere. non vtiqꝫ ꝓpriũ ꝓ nobis fudisset sanguinem. Mortu⁹ est. ergo vt tibi imortalitatẽ donaret. esuryt vt te sua carne saciaret. sitiuit. vt te ꝓprio potaret sanguine Sup asinũ sedit. vt te sup cherubĩ sedere faceret. Baptizat⁹ est vt te illuminaret Alapis cesus ẽ. vt te a seruitio liberaret. viator fact⁹ est. vt te sine labore faceret. Nauigauit vt te sine timore redderet Ex muliere natus est. vt p̃uaricationẽ eue deleret. homo appellatus est. vt te deũ vocaret. filius hominis dict⁹ ẽ. vt te filium adoptaret dei Accepit q̃ erãt nostra. ⁊ dedit nobis que erant sua Orauit vt te fidelem faceret. sicut dicit super lazarum. Pater glorifica filium tuum. vt et filius tuus glorificet te. Et venit vox de celis dicens. Glorificaui. et iterum glorificabo. Scio qm̃ semp me audis sed propter turbam astantem dixi. vt omnes credant quia tu me misisti. Si quid igitur sustinuit. non propẽ semetipsum. neqꝫ propter patrem suum. sed vt saluaret p crucem genus humanum. Et si nosse desideras karissime virtutem crucis. ⁊ q̃nta possum ad ei⁹ laudẽ dicere audi

Crux spes christianorum.
Crux resurrectio mortuorum
Crux cecorum dux.
Crux desperatorum via.
Crux claudorum baculus.
Crux consolatio pauperum
Crux refrenatio diuitum
Crux destructio superborum
Crux male viuentium pena
Crux aduersus demones triũphus
Crux deuictio diaboli.
Crux adolescentum pedagogus
Crux sustentatio inopum
Crux spes desperatorum
Crux nauigantium gubernator
Crux periclitantium portus
Crux obsessorum mur⁹
Crux pater orphanorum
Crux defensor viduarum
Crux iustorum consiliarius
Crux tribulatorum requies
Crux paruulorum custos
Crux virorum caput
Crux senum finis
Crux lumẽ in tenebris sedentium
Crux regum magnificentia
Crux scutum perpetuum
Crux insensatorum sapientia.
Crux libertas seruorum
Crux imperatorum philozophia
Crux lex impiorum
Crux prophetarum preconatio
Crux annunciatio apostolorum
Crux martyrum gloriatio
Crux monachorum abstinentia
Crux virginum castitas
Crux gaudium sacerdotum
Crux ecclesie fundamentum
Crux orbis terre cautela
Crux templorum destructio
Crux idolorum repulsio
Crux scandalum iudeorum
Crux perditio impiorum
Crux inualidorum virtus
Crux egrotantium medicus.
Crux emundatio leprosorum
Crux paralyticorum requies
Crux esurientium panis
Crux sitientium fons
Crux nudorum ꝓtectio

Nuditatem autem cum dixero nō corporeā estimes sȝ īfidlitatis penā. Cū āt i xp̄o crediderit vestit⁹ inuenietur. dicēte paulo. q̄cūq̄ȝ i xp̄o baptizati estis. christū iduistis. xp̄m aūt cū audieris deū et hominē itellige. Hec eadē sepi⁹ dico. ꝛ dicēs ñ cessabo Mihi eñ ñ pigrū dicere vob̄ aūt tutū ē Volo eñ vos omnes doctores fieri xp̄c dict⁹ ē ab vnctiōe nom̄ drināꝫ ihes⁹ dict⁹ ē hō dñic⁹ verbū dr q2 d dō ē di verbū. fili⁹ q̄m d patre vnigenit⁹ q̄uo sol⁹ d solo d⁹ q̄m creator Audi nāq̄ȝ iohānē dicētem. In p̄ncipio erat verbū ꝛ verbū erat ap͛ dm̄ ꝛ d⁹ erat verbū h⁹ erat ip̄ncipio ap͛ dm̄. oīa p̄ ip̄ȝ facta sūt et sine ip̄o factū ē nil q̄d factū ē Vides q̄m hic ē q̄ verbo celū extēdit ꝛ vario stellaꝝ orna͛ decore. ꝛ extēd͛ celū q̄si vestimētū. h⁹ ē q̄ soli tantā lūinis gr̄aȝ dedit. hic ē q̄ lune decorē iposuit hic q̄ terrā sup aquas fundauit hic est qui diuersos eā iussit p̄ducere flores ꝛ arboꝝ diuersa genera fontesq̄ȝ ebulire p̄cepit flumina fluere. congregari. lac⁹. mariq̄ȝ ipo nēs ēminū ex aq̄s quoq̄ȝ p̄ducere aīmātia. vētos spirare p̄cepit mōtes stat̄a appēdēs nubib⁹ moueri p̄cepit diuersi generis aimātia p̄creant͛ quid autem de angelis dicam. de archangelis de sedibus de dominationibus de cherubin. ꝛ seraphin. principatibus et potestatibus. ꝛ tēporibus. et annis ꝛ mensibus ꝛ diebus ꝛ horis. ꝛ lumen et tenebras et quicquid illud est. quod subsistit Nouissime āt hoīeȝ fecit ad imagiginē ꝛ siłitudīeȝ suā ꝛ i paradyso posuit tāq̄ȝ cultorē p̄cipuū vidēs antē humanum genus a diaboli superari malitia. voluit creaturā suā assumere et q̄si vnū hoīeȝ idui. ꝛ affigere illū cruci. et sic vt p̄ lignū crucis vniuerso generi sal⁹ orire͛ Elatus ergo diabolus quia ip̄e quidē de celo corruerat. videbat āt adā paradysi esse colonū. iflat⁹ inuidia. idnit s̄pētis imaginē in corpal̄ eñ cū eēt corpalibus loq̄ ñ poterat. Et dicit ad eū O q̄m speciosum lignum ad edendum Quod si ex eo gustaueritis eritis quasi dij Seducta ergo eua decepit virū suū. Cū autē de interdicto comedissent ligno. apparuerunt ambo nudi. Tunc clementissimus deus dixit ad adam Adaȝ vbi es. Non quod ignoraret deus sed post persuasionem diaboli qui illi promiserat deitatem. et inuenit nuditatem. dicit ei vbi es. Hoc est de qua dignitate. ad quale deductus es dedecus. Quia manducasti de ligno sententie boni et mali. remansisti homo. de quo preceperam tibi ne manducares manducasti. Ideoq̄ȝ preuaricatus es. Folia autem ficus cooperti erant. peccati faciem obuelantes. Respōditq̄ȝ adam. Audiui vocem tuam. deambulantis imparadyso ꝛ absconditi me. Et dixit. Quid fecisti. Et ille dixit. Mulier quam michi dedisti ipsa me seduxit. Culpam p̄priam confiteri non vult. quippe qui ipse mandatum acceperat audiente compare. Et eua interrogata dixit. Serpens mihi suasit O eua viro te subiectam esse volui ñ s̄pēti. cur mea precepta contemnis.

et serpentis audisti. Hec aūt causa bātur sperātes se subtrahere se se a supplicio posse. et d' id qd ad adā. Maledicta tra i opib' tuis spias et tribulos generabit tibi i sudore vult' tui māducab panē tuū. et ad mlierē dixit d'. i meroribus paries filios et ad uirz tuū cōuersio tua. et ipe tui dñabit. pcessit nāqz ad spētē sentētia dicēs. sup pect' tuū repes et trā manducab cūctis dieb' vite tue tu. eius obsuaberis calcaneū et illa tuū obsuabit caput. cur āt spētē maledixit vt i pectore et i vētre gradereē et trā māducaret oib' dieb' vite sue. pect' maledixit q2 i ipo 9sistit cor qp 9cupit malū. vētrē vo noiauit qd p escā seduxit. Terrā āt māducare oib' dieb' vite sue. trenos hoies habebit subiectos. q sue obedierint voluntati. magis qm pceptis di accepe rūt g tres sentētiā qm et tres sunt puaricatio5 opati. Sic g puaricatio p lignū. ita et sal' p lignū. Pro his g oibus grās agam' do p xpm dominum nostrū cui est glā in secula secalorum amen.

Explicit omelia de dominica cruce. Incipit sermo S. Jo. de ascensione domini



Quando de cruce nra pcessit. oratō foris ciuitatē solēnitatē celebrauim'. et nūc qn de crucifixi ascēsione tractam'. pclarū diē et oi leticia coruscā tē fines ciuitat' egressi summa cum gratulatione celebram'. Et hoc nō ad cōtumeliā ciuitatis sed ad honorē obsuatē scōz. ne nos cā dissimulatiōis accusent dicentes. qd p dño sensim'. vniuersa tormēta vexātium manibus nostra vidim' ossa carne nudata patiētia nra tortor cessit irat' libenti anio p cristo noster sanguis effusus est decisa capita sūt p eius glā. Hec oia meruimus sustinere nec misteriorū archana in nostris tabnacul' celebrātur. Ideo dilectissimi fratres hodie ad loca cōuenimus beatorum ad sanctoz habitacula festinā' vt cōuenit' nr ipoz quoqz presentia clarior reddere ē. nō enī i hoc theatro martyres tm presunt sed et angelorum instantia loc' decoraē. Nam et angeli presunt. et si martyres videre desideras si angelos cupis inspicere. aperi oculos fidei et illud tibi theatrum facile demonstratur. Nam cum in omni aere angelorum multitudo versatur. multo magis in ecclesia. multo amplius hodierno die quando eorum dominus ascendit in celum. Et vt scias quod angeli vbiqz versantur audi quod paulus femineo pudori pspiciens ait. debent mulieres velamen habere supra caput. propter angelos. Et iterum iacob angelus ait. Qui liberat me a iuuentute mea. Et illi qui cum apostolis erāt aiūt ad erodem. Angelus ipsius est. Et iacob. Vidi inquit castra angelorū. Et merito angelorū castra videbāē in terra. Nam sicut imperatoris optimi profusione vrbes omnes vniuerse ciuitates et castella. singula. manu militari aduersus hostilem. muniuntur aduentum. Et omnia loco diligenter armantur. ne barbarica icursione deleanē. ita

dꝰ q̄m̄ babara ꝛ agresti m̄te rabian tes dmões ad patis euersiõẽ vbiqꝫ vsant ad tutelā nr̄aꝫ ꝯstituit exercitꝰ āgeloꝝ vt eoꝝ p̄n̄tia demonū cō fringat audatia. ꝛ p eos nob pacis gr̄a ministret. vides qd ꝛ āglī p̄sunt i sistūt martyres ꝛ vbiqꝫ nob p̄parāt auxilia. qd igit mibiꝰ ilľ ē, q̄ ꝯuentū istū splēdidū dreliquūt ꝛ qd vob beatiꝰ. q ad tātā solēnitatē cōcurrere voluistis. Sꝫ fortissimū martyrū facta aꝰ tpe dclaremꝰ ꝛ ad ꝓpositū redamꝰ. hodierna die dilectissimi fr̄s do sumꝰ mira recōciliatiōe sociati. hodierna die hūanū genꝰ celestē miam meruisse ꝯgnoscit. hodie vetꝰ iꝰ iurgiū dissolutū ē sedatū p̄stinū bellū. hodie nob pax mirāda donata ē q̄ nūqꝫ sperebat posse ꝯcedi. nā nlľa spes erat dū humane velle recōciliari nate n̄ q: dn̄s ihumanꝰ. sꝫ q: huꝰ neglegētia videbat oppressus nō q: crudeľ dn̄s sꝫ q: cōtumax huꝰ ē. vis audire quod nostro vitio deꝰ ad commotionem ꝓuocatus est. qd nr̄a culpa māsuetꝰ dn̄s videt iratꝰ disce singula ꝛ rationem cause cognosce vt cū sedatū senseris bellū iurgiū dissolutū. ꝛ humanū genꝰ summo honore decoratum. diuinam gratiam misericordiamqꝫ mereris. et ꝑpetua deum benedictione scificces. Aliquando deus de humani generis confusione cogitauit. et intantū eiꝰ ira ꝓcessit. vt viros et feminas senes. et iuuenes. feras et peccora lucis priuare disposuisset aspectu. Et audi diuie verba sentēcie delebo inquit hominem quem feci a facie terre et bestias et peccora. q̄m̄ recogitaui quia feci hominem. Et vt q: scias hūana ei non fuit exosa natura. Sed malitie vestre ferebat honorem. postqꝫ dixit deleo hominem quem fecit a facie terre. dicit ad hominem tempus omnis hominis venit ad me. Et si hoīeꝫ hēbat exosum. n̄ loqueretur ad hominem nec dignum eum suo sermone fecisset. nec diuinum eum percipere cōcesisset auditum. Sed vide dei misericordiam. Hominem quadam satisfactione cōsolatur. et causas ei future calamitatis enarrat. non vt homo causas discat. sed vt narrando alys multos meliores efficiat. Quod dicebam hoc est. Intantum humanum genus pessime conuersabatur. vt ipsius terre habitatione carere speraretur. Sed ꝛ nos qui et terra videbamur indigni hodie eleuati sumus ad celum. Qui nec terrestria merebamur. celeste regnum meruimus possidere. Celorum transiuimus fines. et ipsa se de regali decoramur. Et natura. cuius causa cherubin seruabat paradysum. a cherubin summo cum honore suscepta est. Sed hoc mirabile quemadmodum factum est videamus. et quemadmodum nos qui tantam offenderamus clementiam. vt et terrestribus priuaremur excelsa tenuimus. et alta meruimꝰ possidere. quemadmodum sedatum iurgium. Et illa videatur ira sublata. Disce quod n̄ nostra dep̄cacione. Qui eum offenderamus Sed postulatu eius Qui iuste fuerat nobis iratus. Pax facta est

Pro christo namq; ait. legationem
fungimur. tamq̃ deo rogante per
nos. Quid hoc est. Ipse rogat qui
iniuriam passus est Valde inquit.
Nã deus clemens est et ipse tanq̃
pater misericors d̃p̄catur. et vide q̃ me
dius est. qui reconciliator accessit.
Non angelus. non archangelus.
sed ipse filius deprecatur. Et sicut
duobus iurgio separatis. vnus in
medio. positus. Alter cantium.
litem. discordiamq; dissoluit. ita et
christus fecit. Deus nobis iuste ira
scebatur. et contemnebamus iratũ
et clementem dominum declinaba
mus et se medium christus inges-
sit et sociauit vtramq; naturam Et
nob quod imminebat a patre sup
plicium ipse sustinuit. Vis discere
quod et inde supplicium. et exhinc
insultationem ipse sustinuit Christ⁹
nos redemit de maledicto legis. fa
ctus ꝑ nobis maledictum. Vides
quod inminens celeste supplicium
ipse sustinuit. disce quod et terrestrẽ
insultationem ipse tollerant. Insul
tantium ceciderunt super me. Vi-
des quemadmodum sedauit iurgi
um. quemadmodum legem ipse dis
soluit. nec ante discessit. sed multa
fecit multa sustinuit. vt inimicum re
conciliaret et hostem deo sociaret et
amicum faceret qui multo tempore
fuerat inimicus. Et horũ omnium
beneficiorum hodiernus dies ma-
teria fuit. et tamq̃ primicias natu-
re nr̃e d̃o dedit. Et sicut de cãpis
ac segetib⁹ d̃corat is si q̃s collectas
spicas obtulerit d̃o oẽz cãpo bene
dictionem reportare perspicitur.
sic et christus per illud corpus fecit
benedici nostrãm naturãm. sz cur
non omnem naturam leuauit ad ce
lum Scilicet q2 ñ videntur esse pri
mitie. cum totum offert. sz cum be
ne offertur. Breui enim oblatione.
totum benedicitur. Sz iquis Si p̃
mitie sunt. primum factum homi-
nem ad celum debuerat eleuare. pri
mitie namq; sunt. quod primũ offẽ
tur. Primum quod pullulat non
est hoc primitie. Nam inbecill' fruc
tus nullus est. sed fortis et validus
ipse debet offerri. Quia igitur ille
fructus peccato fuerat alligatus. et
peccati crimine tenebatur. Ideo ñ
leuatus est. licet prior factus esse vi
deatur sed qui postea factus est. Et
vt discas quod ille fructus primiti-
as facit. qui robustus et validus et
summa maturitate florescit testimo
nium te diuine lectionis poterit e-
docere. Si intrabis interram quaz
dñs deus tu⁹. tibi dabit. inq̃t mo
yses ad populum. et plantabis i ea
omne lignum quod facit fructum
adedendum. tribus annis depur-
gabis fructũ eius. quarto vero an-
no fructus sanctus erit domino Er
go si primitie sunt quod primo ꝑ-
fertur. primi anni fructus domino
debebamus offrre. Sed ille ait tri
bus annis non purgabis fructum
eius. sed dimittes illud quia nõ dũ
arbor valida firmitate roboratur.
nec fructus aliqua maturitate flore
scunt sed quartus inquit annus sãc
tus erit domino. Vide legis condi
toris prudentiam. fructum primũ.
nec manducari ꝑmittit. ne ante de
um quisquam eum percepisse vide
tur. nec offerri concessit ne deo in-

maturus offeratur. sed dimitte in quit quia primus est. nec offeras q2 oblationi non dum dignus est. fructus. nec accipienti conuenit immaturus. Et hec nobis dicta sunt ppt corpus. quod christus optulit. igit nostre nature primitias optulit patri et oblatum donum miratus est pater. quod et tanta dignitas offerebat. et quod offerebatur nulla macula fedabat. Nā z suis maib⁹ suscept oblatum. z sue sedis fecit eē p ticipem. z quod pl⁹ ad patrem sue dextere collocauit Cognoscam⁹ q̄s est ille qui audiuit. sede ad dexterā meam que natura est cui deus dixit. esto mee particeps sedis illa natura est que audiuit terra es et i terram ibis Non enim ad omnem gloriam celos transisse sufficerat. non cum angelis stare. sed celos trāsiuit sup̄ cherubī ascēd^t vltra seraphi eleuatur. nec ante stetit nisi sedē dominicam meruisset vide quo spatio celum separatur a terra. immo terra quanto ab inferis est. et ipsuz celum quanto ab altiore celo separatur et de altiore celo ad angelos. quantū spacij est. ad superiores etiā potestates. ad ipsam quoqȝ dominicā sedē Per hec omnia natura nostra eleuata est. vt homo qui loco tam humili tenebatur. vt descendere non posset vlterius. ad tam excelsā sedez eleuatur vt alti⁹ n̄ posset ascendere Et hec ostendens paulus dicebat Qui descendit ipse est qui ascēdit z iterum. Descendit ad inferiora tre et ascendit super omnes celos. Discite igitur qui ascendit et que naturā leuata est. In hoc enim cupio remorari sermonem vt humani generis commemoratione diuinam clementiā cū omni admiratione discamus. que summū honorem. magnamqȝ gloriā nostre nature largita est Terra et cinis eramus. sed hoc nostrum vitiū sed nature imbecillitas fuit. irrationabilibus insensatores fuim⁹. Comparatus nāqȝ ē ait homo iumentis insipientib⁹. et similis factus est illis Et peius est cōparari quam nasci. Nam naturalit non habere rationem tollerabile est verum rationis decoratione decoratum irrationabili nature comparari voluntatis. est crimen. Et qn̄ audis quod homo comparatus est iumentis non arbitreris. quod eū irrationabilibus similem voluit demonstrare. sed longe peiorem. non tantum quia homines facti ad irrationabilia ad maiorem demētiā properauimus Et hoc significans esayas dicebat. Cognouit bos possessorem suum. Et asinus presepiū domini sui. israhel autem non me cognouit Sed nō priorem conuersacionem erubescamus vbi eni abūdauit peccatum. superabundauit et gratia Vides quod iumentis irrationabiliores fuimus. Cognouit bos possessorem suum. et asin⁹ presepium domini sui Vis et auib⁹ nos irrationabiliores inueniri. turtur et hirundo agri passeres agnouerunt tempora ingressus sui. Populus vero meus non cognouit iudicia dei. Ecce iumentis. ecce auibus deteriora sentimus et irrationabiliora cogitamus. Vis ampli⁹ nostram inuenire naturā. Formicarū

nobis gesta narrauit. et earum no- bis imitationes ostendit. Uade nā- q3 ad formicam o piger. et emulare vias eius. Formicarum sumus fa- cti discipuli formicarum emulatio- ne viuimus. formicarum conuersa- mur exemplis. Intantum amisim⁹ humane nature consiliū. intantum hūane m̄tis aliēa sentimus quia ad similitudinem dei facti monstra- mur. Sed non reus est ille qui fecit sed nos qui contempsimus inima- gine. Perdurare. Sed quid de formicis dico. Lapidibus insensa- tiores facti sumus. Et hoc tibi vali- do testimonio monstrabo. Audite ait aggeus fundamenta terre. quia iudicium domino contra populū suum Quid agis Contra homines tibi iudicium est. et testes terre fun- damenta. vt inter diuinum huma- numq3 iudicium audiant. iudices inuitantur. Ualde inq̄t. Nā lapidi- bus homines insensatiores esse no- scuntur. Uides quod totius mali- tie fines excessimus. Asinis et bub⁹ irrationabiliores ostendimur sensu volatilium superamur. nec ipsis la- pidibus comparamur. sed serpenti- um malignitates imitamur. furor namq3 ait eorum ad similitudinem serpentis. venenum aspidum sub labijs eorum Et quid de mutis ani- malibus loquimur. vbi etiam ipsi⁹ diaboli filij nuncupamur. Uos nā- q3 ait filij diaboli estis S3 tū nos q̄ sensum non habebam⁹ qui contu- matia grauabamur. qui nec lapidi- bus comparabamur. qui vinceba- mur ab omni natura qui despectui

videbamur. qui contemnebamur et quemadmodum loquor ignoro quo sermone vtar. quo verbo dicā reperire non possum. natura. fragil natura contempta et omnibus mō- strata deterior omnia vicit omnia superauit. ⁊ omnibus hodierna die meruit excelsior reperiri. Hodie an- geli vota diu desiderata receperūt Hodie archangeli quod multo tē- pore cupiebant inspicere valuerūt. Naturam nostrā ipsi in sede dn̄ica immortali gloria fulgentem uide- runt. Hoc enim affectabant angeli hoc desiderabant archangeli. Et si eos natura hūana largito sibi hono- re superabat. at tamen nostris bene- ficijs gratulantur Nam etiam no- stris dolebant supplicijs Et quādo puniebamur ipsi quoq3 nimia tristi- cia tenebantur. Et cherubin licet. paradysum custodiebant. tamen nostris supplicijs tristebantur. Et sicut conseruus bonus cum a domi- no custodiēdum ꝯseruum suscepit satis quidem facit dominice iussio- ni sed tamen pena conserui nimio dolore conteritur. Et seruitu ne- cessitate. constrictus animi non re- spuit caritatem. sic et cherubin me- ruerunt quidē custodire paradij- sum sed dolebant honorem custo- die. Et vt hoc facile possis aduer- tere ex hoīm affectione condisce. quos conseruorum calamitates in- spicimus condolere. Et si seruant homines caritatem. multo magis ille potestates nostris supplicijs cō- mouent Nā et iusti dolebāt pctōꝝ supplicijs. ⁊ licz merito pēa iferebāt

tamen dolores incitabatur tristi-
cia. Nam et moyses post ydolorū
cerimoniam dicebat. Siquidem di-
mittis illis peccatum dimitte. sin āt
et me dele de libro quem scripsisti.
Quid hoc est. Contumatiam vides
et pro impiorꝫ supplicijs depreca-
ris Ideo inquit doleo. ideo depre-
cor. quia digne cruciantur quia me-
rito puniuntur quia ipsi sunt sui cā
supplicy Et ezechiel eum angelum
populo videret inferentem summa
supplicia. cum nimia lamentacione
clamauit dicens. Heu mihi domi-
ne qm̄ deles tu reliq⁹ israhel. Et
ieremias castiga nos domine in iu-
dicio tuo et non in ira tua. ne nos
paucissimos facias. Et cum moy-
ses et ezechiel et ieremias dolent.
quanto magis ille potestates no-
stris calamitatibus commouentur
Et vt scias quod nostris malis do-
luerunt. erco disce quod reconcilia-
tione dominica gratulati sunt. Et
si antea non dolebāt nec postea gra-
tulabant̄ ꝛ quia gratulati sunt. xpc
saluator ostendit dicens Fit gaudiū
in celo et in terra. vno peccatore cō-
uertente. et si vnius peccatoris cor-
rectione. angeli gratulantur multo
magis cum ad celum hodierna die
primitias hominum viderunt ele-
uare naturam et alia ratione condi-
sce gaudium celestium potestatum
Quando dominus noster ihesus
christus natus est secundum carnē
cum reconciliatū hoīeꝫ viderent nc
enim aliter descēderet cum summa
gratulatione in terra clamabant.
Gloria in excelsis deo. ꝛ in terra pax
hominibus bone voluntatis vt di-
scas quod ideo glorificant quia ter-
ram ea que bona sunt recepisse letā-
tur. Declarant et causam dicentes
In terra pax hominibus bone vo-
luntatis. hominibus qui rebellati
sunt. qui inimici fuerunt. qui aliena-
ti erant. qui contumaces iudicati
sunt. Vides quemadmodum in alie-
nis bonis gratulantur. immo i suis
Nā nr̄a bōa suas vtilitas arbitrāt
Vis discere qd̓ ꝛ cū ascēderet gratu-
labantur et nimio gaudio exulta-
tabant. et descendebant frequenter
Et hoc proprium est. cupientium
videre inopinatum spectaculum et
vt scias qd̓ ascēdebāt et descēde-
bant. christi te verba confirment q̄
dicit Amodo videbitis angelos di
ascendentes et descendentes ad fili-
um hominis. Et iste semper aman-
tium mos est. et cupientium solita
consuetudo. Unde nec tempus ex-
pectare. didicerunt sed festino amo-
ris ardore et delectatione p̄ueniūt.
constitutum ideo ascendunt. ideo
descendunt. et cum omni festinatio-
ne nouum et incredibile spectaculū
videre desiderant. Nam quid hoc
mirabilius est. quando homo qui
contemptus fuerat videtur in celo.
Ideo et quando nascebatur domi-
nus noster. et quando resurgebat.
exultabant angeli. et hodie quando
ascendit ad celum. Ecce enim
duo ait in alba veste vt exipsis indu-
mentis gratulatio monstraretur di-
xerunt ad discipulos. Viri gallilei.
iste ihesus qui ascendit a vobis i ce-
lum. sic veniet quemadmodum vi-
distis eum in celū euntē. hic auditū
mihi cum omni diligentia commo-

date. Cur hec dicta sunt. Numquid oculos discipuli non habebant. Numquid non videbant quod gerebatur. Numquid non dixit euangelista quia videntibus eis ascendit in celum. Cur igitur angeli eis dicebant quod factum est. Quid eis monstrabant quod ascendit ad celum. Propter has scilicet duas causas. vnam quia dolebant ihesu discessione desolati. Et quia dolebant quid ad eos dicitur. Nemo me interrogat de vobis quo vadis sed quia dixi tristitia impleuit cor vestrum Et si amicorum seu cognatorum separatione tristantur. quanto magis saluatorem. magistrum dominum misericordem. pium mansuetum. cum a se viderent separari non omni cum dolore tristabantur. Ideo stabant angeli et ascensionis tristiciam regressionis commemoratione consolabantur. et separationis dolorem aduentus futuri pollicitatione sedabant. Nam aiunt. Iste ihesus qui ascendit a vobis. sic veniet. Doluistis inquit quia ascendit sed dolore desinite. Nam iterum veniet. Et ne hoc faciant quod heliseus fecisse docetur. conscidit vestimentum cum magistrum vidisset eleuatum ad celum. Non enim habuit presentem angelum qui heliam promitteret aduenire. Ne igitur et isti hoc faciant ideo angeli stabant animas eorum tristitie solatio releuantes. Et hec quidem vna causa est presentie angelorum. Erat et alia causa non minoris rationis. Nam addiderunt. Qui ascendit ad celum. et quia longum spacium de terra tenebatur ad celum. et oculorum acies portatum corpus ad illam altitudinem minime poterant peruidere sed sicut autem si altiora postulat. deficiet aspectus inspicere. et noster oculus volatu vincitur celsiore. sic et illud corpus quanto ferebatur ad summa. Tanto oculos videntium aspectus inbecillitate incidebatur deficiente natura altiora conspicere ideo stabant angeli iter celeste monstrantes ne quis arbitretur quod tamquam in celum ascendit. sicut helias sed incelum ascendit qui eleuatus est a vobis ad celum. Ideo non simpliciter hoc addidit Et helias quidem tamquam incelum ascendit. Nam seruus erat ihesus autem ad celum. nam dominus erat. Ille in curru igneo. hic in nube. Et quando seruus vocabatur. currus mittebatur vt veniret. et quando filius ascendebat dominica sedes occurrebat. Nec tantum dominica sed et paterna. Nam et de patre eius ait esayas. Ecce dominus sedet in nube leui Et quia pater sedet in nube misit et filio. Et helias quidem. cum ascenderet melotem heliseo dimisit christus autem discipulis gratiam dereliquit que non vnum prophetam. sed multos heliseos effecit immo illo potentiores. et longe amplius meliores. Eleuemur igitur et excitemur dilectissimi fratres. et illum cogitemus aduentum. Nam et paulus ait. Ipse descendit de celo dominus in iussione in voce archangeli et nos qui viuimus. qui relinquimur rapiemur in nube. in occursum domini. sed non omnes. Et quod non omnes rapiemur. Sed aliquanti.

audi quid ait christus. Tunc erunt due in mola molentes vna suscipietur et vna relinquet. Duo in lecto. vnus suscipiet. et vnus dimittetur. Quid hac significacione ostendat. qd hoc secreto declaret videam⁹. Mola pauperes iopesq demõstrat ꝛ eos q vite labore conteruntur. lectus diuites ꝛ electos ostẽdit. ꝛ eos q honorib⁹ scłarib⁹ pfruũtur. Et voles ondere. q ꝛ pauperes aliqñ liberant. ꝛ pereunt et ex diuitib⁹ nõ nulli liberantur. et pereunt. ait q de mola vna suscipitur. et altera dimittitur. et de lecto vn⁹ suscipitur ꝛ alter relinquit significans q hi qui peccatis obruunt hic remanent cõgrua supplicia sustinẽtes. iusti rapiũtur ad nubem. Nam sicut rege adueniente ad aliquam ciuitatem. hi qui honorib⁹ et dignitatib⁹ decorãtur. cũ summa cõfidentia non expectato eius ingressu. longe ante portas occurrũt et excipiunt. aduenientẽ. rei autẽ et criminib⁹ obligati intra muros retinẽtur imperatoriã expectaturi sententiã. ita ꝛ qñ dominus veniet iusti ei in ipo medio aere confidenter occurrũt. noxy autẽ ꝛ obruti peccatis hic remanẽt expectãtes iudiciũ. Tũc ꝛ nos rapiemur Non me iustoꝝ numero contineri cõmemorãs dixi. nos rapiemur. nã nõ sum intm̃ sane mẽtis alien⁹ Nec anime cecitate confusus. vt mea peccata non nesciã et meoꝝ videar oblitus esse scelꝝ Nam q diem festũ nolo meo dolore turbare. nec solennitati misceri tristicia m parco lacrimis parco fletibus meorũ peccatoꝝ cõsciẽtia sauciat⁹. ꝛ ideo orationẽ i

ipa festiuitatis leticia terminabo. alius diei memoriam derelinquens. vt nec diues suis opibus gratulet. nec sua pauper egestate tristetur. sed vnusquisq sue cõsciẽtie meritũ speret. Nam nec diues beat⁹. nec pauper miser poterit iudicari. sed is q illi⁹ meret aspectũ. ipe cacumẽ toti⁹ beatitudinis possidebit. Nã q peccatis pauper est. diuicijs celestibus habundabit. et qui criminibus diues est. suppliciorum inopiã sustinebit. Et ideo dico vt qui in peccatis sum⁹ lugeam⁹ ꝛ q bona cõsciẽtia viuunt gratulent Sed nec isti cõfidãt sed caueãt. nec illi lugeãt sed corrigãtur. Nam et eum qui licet male fuerat conuersatus mutata vita gloriã pmereri. ꝛ his parem fieri qui semp iuste vixerũt hoc ꝛ nos implere properamus et qui bene viuunt ppositam cõuersationem merito future glorie ampliare festinẽt. et cõfidẽtiã augere non desinãt. ꝛ qui peccatoꝝ mole opprimũtur meliore correptõne mutentur vt iustorũ choro sociati. cũ debita reuerencia imperatorẽ suscipiamus angelorũ et illa beatidine perfruamur. quam nos oẽs liceat pmereri. gratia domini nostri ihesu christi. cum quo patri gloria. imperium honor. cũ spiritu sancto. et nunc et sẽp ꝛ i secła secłoꝝ Amen

Incipit sermo S. Jo. episcopi de pentechoste.

Hodie nobis terra facta est celum non stellis de celo i terram descendẽtibus sed apostolis ad celos ascendentibus q

effusa est copiosa gratia spiritus san
cti et vniuersum orbem operata est
celum. non immutans naturam. s3
voluntatem emendans Inuenit nã
q3 publicanũ. et euãgelistã efficit. in
uenit persecutorẽ. et appostolũ red
didit. Inuenit latronẽ et i paradi
sum induxit. Inuenit meretricẽ. et
virginib9 coequauit. Inuenit ma
gos et euãgelistas ostendit. fugauit
malitiã. et induxit benignitatẽ. Exti
minauit seruitutẽ et induxit liberta
tẽ Cõcessit debitũ. et impleuit gratiã
dei. Ideo celum factũ est terra: ꝛ hoc
sepi9 dicens non cessabo Quid enĩ
tales stelle sicut apostoli Stelle icelo
apostoli sup celos. Que sursum sũt
inquit apostolus sapite. vbi christ9
ẽ in dextera patris sedens Stelle ꝺ
igni insensibili. apostoli ꝺ igni itelli
gibili Stelle in nocte lucent in die
obscurant apli in die et i nocte suis
radys hoc est virtutib9 effulgẽt. stel
le orto sole obscurant. apli sole iusti
cie resplẽdente sua claritate lucescũt
Stelle i resurrectione cadent. sicut
folia apostoli in resurrectione rapiẽ
tur in aera nubibus. Et in illis qui
dẽ siderib9 alius antifer. alius luci
fer appellatur et i apostolis autem
nullus antifer est. omnes luciferi. et
ĩdo stellis maiores apostoli Et quã
q3 eos luminaria vocauerit mundi n̄
peccabit. nõ solũ dũ essent i corpo
re. sed et iam magis nũc quãdo de
hac vita migrarũt Gratia enĩ ꝛ me
rita sanctoꝝ nõ minuũtur morte. n̄
retardãtur die. nõ dissoluũtur i ter
ra. nec nocte obscurant. nec tene
bris obumbrãtur. Et hoc res ipa ꝺ
mõstrat. Piscatores quippe erant
et illis dormientibus retia opera
bantur. Et tunc quidẽ pisces capie
bant ad mortẽ. nũc aũt homines ca
piũt ad salutẽ claudos faciẽtes cur
rere. cecos illuminãtes. leprosos mun
dantes. demones effugãtes Testat
multitudo credentium. diurna Vi
nitores erant et illis absentib9 cor
pore vinea florescit. et botros affert
Etenim vinitores erant ꝛ piscato
tores et turres. et columnie. ꝛ me
dici et duces et doctores: ꝛ portus
et gubnatores. et pastores. et athle
te. et pugnatores. et coronas gestan
tes. Columnie quidẽ quo virtute sua
ecclesie robur sunt. fundamẽtũ autẽ
q2 in cõfessione ipsoꝝ fundata est ec
clesia. dicẽte domino. Tu es petr9.
et sup hanc petrã fundabo ecclesiã
meam. Portus aũt. q2 tempestates
impias represserunt. Gubernato
res. qm̄ orbem terrarum viam rec
tam docuerunt. Pastores. quo lu
pos abegerunt et oues conseruaue
runt. Aratores. qm̄ spinas eradica
uerũt. Vinitores. qm̄ labruscas era
dicauerunt et semina pietatis plan
tauerunt Medici. qm̄ vulnera nr̄a
curauerunt. Et vt discas me non i
cassum hec dixisse. adducã paulum
in medium hec omnia facientẽ Vis
eum plantatorẽ videre audi. Ego
plantaui. appollo rigauit. sed deus
incrementum dedit. Vis eum stru
ctatorem videre. Sicut sapiens in
quit architectus fundamentũ posui
Vis eum dimicantẽ videre. Sic pu
gno. non vt aerem cedens. Vis eũ
videre cursorẽ. Ab ierusolima et in
circuitu vsq3 ad illiricum et inde ad
hispanias et vltimas ptes repletũ

est euangelium christi. Uis eum videre athletam Non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem Uis eum videre ducem. Assumite arma dei. et induite loricam fidei. et galeā salutis. ꝛ gladium spiritus sancti Uis eum videre certantem. Certamen bonum certaui fidē seruaui vis videre coronatum. De cetero reposita est michi corona iusticie. et cum esset vnus omnia faciebat. dominum suum imitans. etenim cum sit diuinitas vnius substantie et immutabilis pro nostra salute oibus omnia fit. Tu palmes factus es. et ipse tibi vinea. sicut ipse dicit. Ego sum vinea. vos autem palmites Promouere gressum voluisti. Factus est tibi via dicens. Ego sum via. Per me siquis intrauerit. exiet et pascua inueniet. Ouis factꝰ es. ille tibi pastor. Ego sum pastor bonus. Pastor namqꝫ bonus. ponit animā suā ꝑ ouibus. Peccator effectus es. factus est tibi agnus. ecce agnus dei. qui tollit peccata mūdi. Manducare voluisti. factus est tibi mensa. Bibere voluisti. factus est tibi poculum Qui mādūcat carnē meā. et bibit sanguinē meū. ī me manet. et ego in eo. Uestiri voluisti Factus est tibi indumentum Quotquot enim in christo baptizati estis. christū induistis. Sponsa fieri voluisti. factus est tibi sponsus Qui habet sponsus est sicut dixit iohannes baptista Nubere voluisti. factus est tibi vir Desponsdi eñi vos vni viro virginem castā exhibere. christo meretrix eras et facta es virgo. o noua et admirāda rerū cōmutatō Apud seculi homines nuptie virginitatē dissoluunt. apud spiritales autem nuptias. meretricem ex gentibꝰ accepit ecclesiam et virginibꝰ castiorē efficit Interpretare mihi o hereticce quomō meretrix effecta sit virgo Hec te nescire dicis. et disputare de deo audaci temeritate conaris. Circumuenire nō queo. Fide virū suscipio Hec āt oia opatur spiritus sancti gratia. Que large effusa est super apostolos dei Et factꝰ est repente de celo sonus tamqꝫ aduenientis spiritꝰ vehemētis. et repleuit totā domū. vbi erāt sedētes. Et apparuerūt illis dispdite lingue. tamqꝫ ignis. non ignis sed tamqꝫ ignis. si ignis iquit quomodo non ardebāt Interrogat iudeus. interrogabo et ego iudeum. Si ignis erat. quomō non cōburebat. rubū fragile lignū ꝙd igne vehemēciꝰ ꝙd rubo viliꝰ et neqꝫ lignū exurebat. neqꝫ ignis extinguebat Et quō corpa triū puerorꝫ ignis non excussit. sed caminꝰ in rorem versus est Et carbones tāqꝫ rosas arbitrabātur Certamē ignis et corporis et tamen corporum fiebat victoria et quod cera erat solubiliꝰ ferro factum est firmius Interpretare mihi vetera et illa precesserunt vt credatur veritati Quare spiritꝰ sanctus in igne apparuit propter velocem mentis susceptionem Non aūt propter hoc solum sꝫ et sicut ignis spinas comburit. sic et spiritus peccata disperdit. Missus est daniel in lacū leonum. ꝛ in manem rabiem illorꝫ diuina virtus repressit Peragrarunt piscatores orbem terrarū. et infirmū eū inenietes ad sanitatē

reduxerunt et in ruina positum adsta
bilitatē reuocauerūt. nō secuta mo
uentes non arcus tendētes. non sa
gittas mittentes. non peccunias lar
gientes. non eloquentia cōfidentes
Et erat nudi quidem seculo sed in
duti christum. Pauperes sed diui-
tes. Pecunia indigentes. sȝ regnū
celorū possidēs nō hn̄s būana sola
hn̄s āt dn̄ȝ suū Ego enī inquit vobis
cū sum omnibus diebus vsq̄ adcō-
summationē seculi. peragrarūt vni
uersum orbem terrarū. oues simul
cū lupis. Quis vidit Quis audiuit
Dicit mittā vos vt oues in medio
luporū Quis vnq̄ pastor oues mit
tit in medio luporum sȝ magis si vi
derit lupos congregat oues At ve-
ro christus cōtrario fecit. Oues ad
lupos direxit et vulnerate a bestys
non sunt sed magis lupi adodium
mansuetudinem sunt conuersi. Et
vt nō dicerent oues sumus et mit-
tis nos in escam luporū timorē illo
rū vno sermone abstulit. Non dixit
ite. nec enim virtute eorū mittebat
illos Sed ecce inqt ego mitto vos
Infirmi quidem vos. sed qui mit-
tit potens est. Quis es tu. ego sum
qui celum extendi qui terram fun-
daui. qui mare infrenaui. qui mor-
tem dissolui. q cyrographū qd con
tra vos erat cruci affixi. qui veterē le
gem immutaui. qui nos ad pristi-
nā patriam reuocaui. qui fortia dis
soluo. et dissoluta conforto. Quid
mari fortius Sed parua harena in
tollerabilem illius impetum retun
dit. et cōtinet. Ecce inquit ego mit
to vos. qui mortis et vite habeo po
testatē qui de celo descendi et cetera.

Ecce ego mitto vos vt oues in me
dio luporū tamq̄ lupus quidā be-
stie fiebant ouibus. vt nec fuga con
seruarēt salutē circumuallati vndi-
q̄. O virtus mittentis in medio lu
porū oues. In circuitu. lupi. et muta
ti sunt lupi. et facti sunt oues. Nec
enim natura. sȝ volūtate lupi erāt.
Ecce ego mitto vos Quid ergo no
bis precipis. Estote prudentes sic
serpentes. Serpens et si miles vul-
neretur. caput antē suū saluet totus
est sanus. Sic et tu Si pecuniā ad
uersarius tollere vult. libens crede
Et si omnes facultates auferre co-
nantur. dimitte. et si ipsam tempo
ralem vitam extorquere cupit ne re
sistas. tantummō finē tuū custodi.
Illo illeso manente vniuersa ingru
entia mala facillima erunt. Nudus
existi de uentre matris tue nudus et
ibis. Sed forsitan in exilium mitte-
ris. dicito. domini est terra et pleni
tudo eius. forsitan mors occupabit
non est timenda quia transitus est.
Tantummō fidē serua. thesaurū in
deficientē. diuitias sempiternas horū
que dico beati martyres testes sunt
quia fidem non pdiderunt. et post
excessum de corpore fortioris sunt
viuis. Propterea inquit homo fa-
ctus sum. propterea carnem indui.
vt orbem vniuersum saluatorē. mi
tū enī deo ecclesia cara est. non mu
rus circūdata. sed fide circūscepta p
pter ecclesiam. namq̄ extensum est
celum diffusum est mare. extensus
aer terra fundata est paradysus plā
tatus est. mirabilia multa facta sunt
pelagus scindebatur et iterum sue
bat. Petra fundebatur et iterum

pluebat de celo et tāq̃ꝫ preciosa po
nebatꝰ mensa Propter ecclāꝫ pphe
te. pp̄ter ecclesiā apl̄i. Et q̄d plura
dicā pp̄ter ecclāꝫ vnigenitꝰ filiꝰ dī
homo factꝰ est sic dicit paulꝰ q̄ pp̄o
filio nō pepcit vt eccl̄e mederetꝰ sā=
guinē filij effudit pp̄ter ecclāꝫ Hic
sanguis irrigat ecclesiā Et ideo plā
taria eiꝰ marcescere nō possunt nec
amittunt folia arbusta eius nō subia
cet necessitati tp̄is nec ē cōditiōi ob
noxia vt p estatē coma folioꝝ tegatꝰ
hieme amittat. Nō tenetꝰ tēpoꝝ q̄li
tate. sꝫ spiritꝰ eā sci gubnat gr̄a. et
iđo non senescit. nec contrahitur ⁊
multis impugnantibus ñ opp̄mitꝰ.
Quāti ab initio impugnarūt ecclāꝫ
cū fidei semina iacerentꝰ ⁊ arma con
tra eam cōmota sunt sꝫ quātū im=
pugnabatꝰ tāto clarior reddebatꝰ sꝫ
nūc quidem pp̄ter dei gratiam ⁊ re
ges. et duces. et milites. et vniuer=
sus orbis fide repletus ē Nā in p̄n
cipio et vt ita dicā in cunabul' eccl̄e
reges fuere impij. duces insani po=
pulus seditioni deditus. Et dicta
iudicum vbiqꝫ dabantꝰ Are incen
debantur demonibꝰ fumus ⁊ odor
pessimus ipsum maculabat aerem.
Terra coinquinabatur sanguine dē
mones debachabantur diabolꝰ do
minabatꝰ. Pater abdicabat filium
filius inhonorabat patrem. Natu
ra q̄dem scindebatur sed pietas ñ
diuidebatur Ubi sunt nunc qui au
debant ecclesie contraire. Quādo
nouella erat in nullo potuit ledi et
nunc q̄ñ vsqꝫ ad celum puenit esti=
mas eam posse superari Et tunc q̄
dem cum vndecim assent apostoli.
nullus eos superare potuit sed pau

ci homines totum ceperunt mundū
et nunc q̄ñ terra et mare et orbꝰ ter=
rarū et inhabitabiles regiōes ⁊ ciui
tates. et omnes fines terre pietate
repleti sunt putas eam te posse lede
re sed nō poteris. Christus enim pp̄
pter eam passus est porte inferi nō
preualebunt aduersus eam faciliꝰ
celum ex t̄minari potest et terra per
ire quam aliq̄d mali pati eccl̄a. q̄s
ē q̄ hec dicit ip̄e christꝰ loq̄tur. celū
et terra transibunt verba āt mea ñ
p̄teribūt Bene eñi verbū dei ip̄o ce
lo validiꝰ est quia celum opus ver=
bi est. Dixit quippe deus fiat celum
et verbum in opus aparuit Curre=
bant nature et nemo impediebat.
quia nature dñs impabat qui ⁊ fa
cere et immutare potest. Ego eam
edificaui qui celum statui Sed pp̄t
celum non fudi sanguinem pp̄ter
celum crucifixus non sum nec pp̄t
celum celeste corpus accepi. Et q̄d
dicam celi Angeloꝝ corpꝰ nō assū
psi. vt dicas quoniā celo et ange=
lis et omni creature honorabilior
ecclesia est Ideo celum et terra trāsi
bunt verba autem mea non preter
ibunt Assit gentilis assit iudeus. si
hec inania sunt verba redarguant
si autem veritas est que dicta sunt.
adorent virtutem dei. Dixit chri=
stus celum et terra transibūt verba
autem mea non preteribunt faciliꝰ
est celum preterire et terram deuo
cari. q̄m verba mea excidere. Que
autem sunt verba eius Adducamꝰ
in medium videamꝰ ne forte itercī
derit ñ dubitās dico sꝫ hereticos ob
cludo que gᵒ. sunt verba celū ⁊ t̄ra

transibũt verba aũt mea ñ pteribũt
Qui sermones. que verba Tu es
petrus et super hanc petram edifi
cabo ecclesiam meam et porte infe
ri non pualebunt aduersus eã sup
hanc petram non dixit super petrũ
non enim super hominẽ. sed super
fidem edificauit ecclesiam suã. Qđ
ãt erat fides. Tu es christus filius
dei viui Petrã vocauit ecclesiã flu
ctus suscipientem et non titubãtẽ.
Etenĩ eccl'a tot suscipit tẽptatiões
ñ tñ vicit qđ ẽ sup petrã hº ẽ sup ɔ
fessionẽ sup ꝑmões pietatꝭ Si for/
sitã interrogabis vtrũ hec edificatio
suscipiat lapides aut ligna aut fer
rũ ñ iđt nec eñi ẽ isensibil' edificatio
qđ si tal' eẽt solueret tpe. cõfessionẽ
aũt pietatis neqꝫ demones neqꝫ vl
la creatũra vicere põt Testant' mar/
tyres quoꝝ latera radebãtur ꝫ fi
des ñ frãgebat O noua reꝝ materi
es Paries effodit ꝛ thesaurꝰ ñ au
fert. Caro scindit ꝛ fides ñ rũpit tal'
qppe martyꝝ virtꝰ. Etenĩ sup hãc
petrã edificabo ecclesiã meã ꝛ por/
te iferi ñ pualebũt aduersus eã attẽ
dite diligẽtiꝰ verbo Portas inferi
pericula vocat. que mortẽ pariũt.
Quid ergo. In infernũ intrabit.
quisqꝫ quando periclatatur Etiam
Sicut enim porte introitus ciuita
tum sunt sic pericula introitus mor
tis sunt. Et cur inquit non prohi
bet temptationes Vt ostendat vir
tutem eius. Si nemo eam impug/
nare posset. dicere poterant. quam
si impugnaretur vtiqꝫ vinceretur.
Propterea ꝑmitto eam impugnari
vt non imbecillitas in repugnanti
um sed fides victorie imputet' ꝛ por
te inferi. Non dixit. non appro
piant ei sed non preualebũt aduer
sus eam. Quid ergo Impugnabit
quidem. non tamen vinci poterit.
Tempestates suscipit ecclesia Sed
non dimergitur. iacula in eam mit
tuntur. sed non perforatur Machi
namenta pparant Sed turris non
eliditur Et quid dico ecclesiã. vnũ
sermonem locutus est pastor. et sic
turris immobilis pseuerat Quanti
tyranni verbum. hoc delere conati
sunt sed non potuerunt Supra pe
tram enim fundatum erat. Con
sidera tyrannos reges. gladios acu
tos. bestiarum dentes. mortem mi
nantes. caminos sartagines manꝰ
ferreas et vncos et omnia machina
ffita parata. et pharetrã qđ e suam
euacuauit diabolus. sed nihil lesit
ecclesiam. Porte inferi non preua
lebunt aduersus eam. Testatur res
ipsa. testatur horum que fiunt asti
pulatio. Quanti impugnauerunt
et nemo preualuit. Et impugna
tores quidẽ taciturnitati et obliui
oni dati sunt. ecclesia autem coti
die virtutibus augmentatur. Vbi
nunc claudius Vbi augustus. Vbi
nero. Vbi tyberius. Nomina sunt
nuda. Horum autem nemo. nec
vlla horum mentio. Et quia eccle
siam impugnauerunt. Ideo et me
moriam perdiderunt Ecclesia autẽ
clarior resplẽdet Vbicũqꝫ ieris. ad
indos ad mauros ad britanos. ad
hispanos. vsqꝫ. ad ultimum finem
terrarum. inuenies inprincio erat
verbum. et verbum erat apud de
um et deus erat verbum. Et vni
uersa religiõe plena aũ hoc eñi vni

versa repleta erant in pietate nunc autem non solum ciuitates religione florent. et fide christi. sed etiam heremus in nomine christi gloriatur Antea namque et regine in conuiuiys viro℞ saltabant sicut filiā herodiadis fecisse legim⁹ nunc vero vix famula dignatur hoc facere. Antiquitus gens persarū filij parētibus sociabantur connubio et soror fratri iūgebatur impune nūc vero virginitatē appetūt Ante hoc antē quotiens i britania hūanis vescebatur carnibus nūc ieiunys reficiūt aias suā Massagite et berbuces miseros putant. qui egrotatione moriūtur et parētes cognatos ppinquos cū ad senectā venerit ingulatos deuorant. rectius esse dicentes vt a se potius q̄m a uermib⁹ cōsumātur nūc vero post passionē christi et resurrectiōē eius abstinentia et castitate deuote militant xpo et ppe oēs gētes parate sunt p nomine dn̄i fundere sanguinē suū Ante hoc ipy ꝛ psecutores erant reges nūc vero ad celū pfert pietatē ꝛ ingrediētes limen ecclesie deponūt coronā ꝛ crucē xpi depingūt i suis frōtib⁹. Foris arma hic mysteria. Foris scuta hic sacramētorū celebratō. Theodosi⁹ pater filius theodosy. religione ac pietate insignes Ideoque p his omnib⁹ gratias agam⁹ domino p christum dominum nr̄m cui ē gl'a ꝛ potestas cum spū scō. p imortalia secl'a scl'o℞ amē

Explicit de pentechoste.

Incipit omelia S Jo: episcopi de natiuitate dom'ni.

Et reclinauit eum in psepio. quia non erat ei locus in diuersorio et reclinauit eum mater. Joseph autem nō audebat attingere. quē sciebat de se non esse generatum. Mirabatur gaudebat natum ꝛ nautum non audebat attingere Et reclinauit eum in presepio Quare in psepio Ut cōpleretur vaticinium esaije pphete Cognouit bos possessorem suum ꝛ asinus psēpium domini sui. scriptum est in alio loco Homines ꝛ iumēta saluos facies domine. Si homo es panem comede Si animal es. in psepe accede. Quia non erat ei loc⁹ in diuersorio Omnia enim indicia infidelitas repleuerat Non inuenit locum in sancta sancto℞. qui auro gemmis. serico et argento fulgebat et tamen non nascitur inter aurum et diuitias. sed in stercore nascitur hoc est in stabulo Ubicumque enim stabulum ibi et stercus est. vbi erāt spurcitiora peccata nostra. ppterea in stercore nascitur vt eos qui sunt de stercore subleuet. Leuans de stercore in opem. In stercore nascitur. vbi et iob ꝛ sedebat. et postea coronatus est. Quia non erat eis locus in diuersorio. Quicūque pauper est. accipiet consolationē Joseph ꝛ maria mater domini non habebāt seruulum non ancillam. de gallilea de nazareth soli veniunt. non habebant iumentum Ipsi sunt domini ꝛ famuli. rē nouā Ingrediuntur in diuersoriū n ingrediuntur inciuitatē

Paupertas enim timida . iter diui
tes non audebat accedere Videte
magnitudinē pauptatꝭ i dūersoriū
vadunt·non dixit quod erat vinia
sed indiuerticulo erat extra in via.
hoc est non in via sed extra viā Nō
in uia legis sꝫ in diuerticulo euāge
ly et tamen in ip̄o diuerticulo erāt
alibi nullꝰ locꝰ vacabat ad natiui-
tatē saluatoris nisi p̄sepe. p̄sepe ad
qđ iumēta ⁊ azini ligabāt O si mihi
liceret videre illud p̄sepe lqꝰ dn̄s ia
cuit. nūc nos xp̄iani q̄si ꝓ honore
tuliꝰ luteū ⁊ posuiꝰ argēteū. sꝫ mihi
p̄ciosiꝰ illud ē qđ ablatū ē argētū et
aurū meret gētilitas xp̄iana . fides
meret luteū illud p̄sepe. q̄ i͂sto p̄se-
pe natꝰ ē aurū cōdēnat ⁊ argētū. n̄
cōdēno eos q̄ honoris cā fecer̄t ne
qꝫ ei illos cōdēno q̄ in tēplo fecerūt
vasa aurea sꝫ admiror dn̄ꝫ q̄ crea-
tor ē mđi n̄ int̄ aurū ⁊ argētū sꝫ lu-
to nascit̄. Et pastores erāt i regiōe
eadē vigilāˢ nō inueniūt xp̄m nisi vi
gilātes pastoꝝ ē vigilare nō inuenit̄
xp̄c nisi vigilātibꝰ pastoribꝰ. vn̄ dic
et sponsa Ego dormio ⁊ cor meū vi
gilat. n̄ dormitauit neqꝫ dormitat.
q̄ custodit israhel pastores erāt i re-
giōe eadē Herodes erat . pōtifices
erāt pharisei erāt illis dormiētibꝰ.
xp̄c i heremo inuenit̄ vigilātes pa-
stores et custodiētes vigilias noctis
sup̱ gregē suū Custodiebāt enī gre-
gē ne dū dormiūt lupus irrumpe-
ret Et ideo multum vigilabant qꝛ
insidie bestiarum satis imminebant
gregi Vigilabant quasi super gre-
gem sed non poterant conseruare.
ꝓpterea deprecabantur vt dominꝰ
veniat. et seruet gregem suum, ecce

angelus domini stetit iuxta illos di
gni erant vt veniret ad illos ange-
lus q̄ sic vigilabant Et claritas dei
circumfulsit illos. et timuerūt. Hu
manus timor. maiorem visionem a
spicere n̄ potest . Deniqꝫ qꝛ timore
fuerunt p̱territi propterea en pla-
strum quasi vulneribus datur ⁊ sa
natur et dicitur Nolite timere Nō
enim potestis audire que dico . nisi
timor recesserit. Natus est vob̄ ho
die saluator. qui est christus domi-
nus in ciuitate dauid . Multa sunt
que dicuntur Cū illi vtiqꝫ miraren
tur subito facta est cum angelo mul
titudo militie celestis laudantiū do
minum et dicentem . Quoniā vnꝰ
dixerat natiuitatem domini ne vnꝰ
angelus testis videretur . ꝓpterea
omnis exercitus sonat et dicit. gl'a
inexcelsis deo. Et interra pax homi
nibus bone voluntatis Si cottidie
in celo ruine fiunt qūo i celo gl'a est.
et in terra pax poscitur· Videte q̄d
dicitur incelis gloria. vbi nulla dis-
sensio est interris pax vbi bella cot-
tidie. Interra pax inquibus pax in
hominibus Et quare gentiles pa-
cem non habent. Quare iudei pa-
cem non habent Ido adiecit. pax i
hominibꝰ bone voluntatis hoc est
qui suscipiunt natum christū, Dixe
runt vtiqꝫ pastores . Transeamus
vsqꝫ bethleem . Dimittamus deb
tum templum et transeamus vsqꝫ
ad bethleem. Et videamus verbū
quod factum est . Vere quasi vigi-
lantes non dixerunt videamꝰ pue-
rum videamus quid dicitur. Sed
vidāꝰ verbū qđ factū ē. i p̄ncīᵒ erat
